

SPERO
GEO. CHALMERS ESQ.
F.R.S.S.A.

Æt: suæ
70

Anno Dom
1572.



Amico suo singulari rev. Jac: Nasmith
hanc M PARKER effigiem D.D.D.
M Tyson

CATALOGUS
LIBRORUM MANUSCRIPTORUM

QUOS

COLLEGIO CORPORIS CHRISTI ET B. MARIÆ VIRGINIS

IN

ACADEMIA CANTABRIGIENSI

LEGAVIT

REVERENDISSIMUS IN CHRISTO PATER

MATTHÆUS PARKER,

ARCHIEPISCOPUS CANTUARIENSIS.

EDIDIT JACOBUS NASMITH, A.M. S.A.S.
EJUSDEM COLLEGII NUPER SOCIUS.

CANTABRIGIÆ,

TYPIS ACADEMICIS excudebat J. ARCHDEACON,

Veneunt apud J. WOODYER, et T. & J. MERRILL, Cantabrigiæ; T. BEECROFT, T. PAYNE, T. CADELL, B. WHITE, J. NOURSE, P. ELMSLY, et J. ROBSON, Londini.

M. DCC. LXXVII.

VIRIS REVERENDIS

MAGISTRO ET SOCIIS

COLLEGII CORPORIS CHRISTI ET B. MARIÆ VIRGINIS

IN

ACADEMIA CANTABRIGIENSI

HUNC

CATALOGUM

EORUM IMPENSIS TYPIS MANDATUM

GRATO ANIMO

D. D. D.

EDITOR.

P R E F A T I O.

CUM *aliquot abhinc annis in collegio nostro versarer, ab amico quodam rogatus codicem MS. in bibliotheca servatum mihi evolvendum suscepi. Hinc forte evenit, ut non sine admiratione invenerim catalogos MSS. ea quidem festinatione plerumque esse compilatos, ut neque de nomine autorum neque de contentis codicum fides semper eis sit adhibenda. Prodiit sane primus catalogus MSS. qui hanc bibliothecam illustrant, in Ecloga cl. Jamesii, et illinc in Catalogum MSS. Angliæ et Hiberniæ transcriptus; in quo plusquam centum codices omittuntur, et reliqui nulla fere describuntur diligentia. Satis habuit compilator, si indicem in fronte cujusvis codicis occurrentem, sæpe a neoterico quodam imperite et jejune factum transcriberet. Hunc quidem feliciore ausu secutus est Stanleius, qui collegio præfuit regnante Gulielmo III. ipse enim codices singulos examinavit, et catalogum etsi suis numeris haud absolutum, priori tamen multo limatiorem condidit et in lucem edidit. Sed defuere viro alioquin doctissimo multa ad hunc laborem adjumenta, quæ postea suppeditavit hujus seculi industria: haud mirum igitur si de antiquitate MSS. sæpe perperam judicaverit Stanleius; et condonandum viro aliis curis impedito, aliis literis intento, si multa vel intacta vel summatim perstricta præterierit. In eis, quæ ad rem ecclesiasticam et antiquitates præsertim ecclesiæ Anglicanæ pertinent, nihil fere desiderandum reliquit; in cæteris plerumque remissior fuit. Credidi igitur et Collegii famæ et reverendissimi benefactoris memoriæ, orbisque litterarii commodo me consulturum, si horas subsecivas in tanto antiquitatum ecclesiasticarum et civilium thesauro eruendo describendoque consumerem. Ad opus igitur me accinxi, hasque mihi imposui leges. Primum ut formam et antiquitatem singulorum codicum describerem: in qua descriptione cum mihi necesse fuerit conjecturis plerumque niti, non diffiteor me sæpius errasse; eadem tamen utor apologia, qua simili*

in

*in re usus est cl. Casleius.** Post hanc qualemcunque codicis descriptionem sequitur index singulorum articulorum, qui in eo continentur; in quo condendo mihi religio fuit veteres titulos ad amussim transcribere, alienumque omnino a proposito judicavi, ea quæ parum latine sonant, mutare vel corrigere. Si aliquando nomen autoris ex aliorum codicum collatione collegerim, ita uncis inclusum apposui, ut lectori videre liceat, illud aliunde esse desumptum. Sed forsan nescio quis objiciet, multa quidem in hoc catalogo occurrere in prioribus omissa, pleraque tamen nullius fere momenti, satiusque fuisse, ea quæ tam parvi sunt pretii silentio præteriisse: sed confido non omnia a me nunc primum in lucem edita ejus esse generis: et de cæteris quæ plerisque forsan contemnenda negligendaque videntur, causam meam dicant Catalogi MSS. Angliæ et Hiberniæ editores. "Visum est, inquiunt, MSS. omnes, sive mino-" "ris sive melioris notæ, prout in bibliotheca occurrunt, in catalogum redi-" "gere; eo quod diversis usibus inservire possunt, variisque curiosorum homi-" "num propositis. Adeoque qui huic forte homini videantur negligendi;" "iidem alii, qui alia sibi proposuit inquirenda, forent in suos usus expetendi." "Quin et quum in eodem volumine diversi tractatus occurrant plures, si eo-" "rum aliqui minoris forte sint estimandi, id compensabit aliorum valor." Notas a Parkero, Jocelino, aliisque, codicibus inscriptas, Jamesium et Stanleium secutus retinui; quasdam ab eis prætermissas inserui; meas aliquando addidi. Inscriptiones, quibus constat vel de possessore codicis, vel de seculo quo scriptus fuit, transcripsi. Eum ordinem codicum sequutus sum, quo nunc in bibliotheca disponuntur, utpote generali usui magis accommodatum: sed ut facilius inveniatur codex quicunque ex numero ipsius vel in veteri catalogo Stanleiano vel in catalogo MSS. Angliæ et Hiberniæ, eundem numerum semper in margine apposui; et duplicem tabulam huic usui inservientem ad finem addidi. Si tractatus aliquis sæpius in bibliotheca occurrat, in margine identidem adnotavi; sed cum non semper mihi daretur facultas tractatus iisdem titulis insignitos inter se conferendi, fieri potest ut aliquando diversi sint, etsi similibus gaudeant* επιγραφαις. *Ea enim est lex hujus bibliothecæ a fundatore sancita, ut neque socius aliquis solus eam adire potest, sed semper alio socio vel scholari comitatus, neque plusquam tres codices in cameram suam asportare, idque non sine licentia magistri duorumque sociorum prius impetrata.*

* "I own indeed I may be mistaken in assigning the century, in which a book was written; and instead of the ixth, may have fixed upon the viiith or xth century. But is it not better to be told that a book is 900 years old, when perhaps it may be 1000 or 800, than to be left quite in the dark as to it's age?"

impetrata. Prohibuit hæc lex, ad cujus obſervantiam omnes juramento aſtringimur, ne codices illa, quam optarem, diligentia inter ſe conferram. Ea tamen fuit humanitas et magiſtri et ſociorum, quibus me et hoc et aliis nominibus multum debere grato animo confiteor, ut per quinque fere annos, quibus in hoc opere laboravi, licentiam codices in cameram aſportandi facillime concederent, bibliothecam adeundi ſe comites benigniſſime præberent, et demum catalogum qualitercunque confectum ſuis impenſis typis mandari vellent. Ad codices ſaxonicos quod attinet, linguæ, in qua exarantur, prorſus ignarus Wanleium ubique ſecutus ſum; eorundemque notitiam ex locupletiſſimo ejus catalogo deſumpſi. Hæc ſunt, quæ in hoc catalogo condendo perficere conatus ſum, laboribus meis fruatur amicus lector, errata mihi condonet, et ſphalmata typographica, quæ ex abſentia mea a prælo in magnum accreverunt numerum ignoſcat et corrigat.

CORRI-

CORRIGENDA.

P. 2. l. 8. *defiderantur*, lege *defiderentur*.
6. 24. *continentur*, lege *continetur*.
7. 22. *nullam*, lege *nullum*.
13. 11. quorundam hereticorum opinionum, *lege* opinionum quorundam hereticorum.
16. 18. *Sidleianum*, lege *Sidnæianum*.
31. 24. *columpnis*, lege *columnis*.
32. 3. dele *Dorfo*.
35. 1. *Hunc*, lege *hec*.
36. 28. Auguftini, *lege* Auguftino.
42. 18. breviarum, *lege* breviarium.
50. 21. *additæ*, lege *additi*.
61. 11. dele *in*.
15. *nuncupaverat*, lege *nuncupaffet*.
65. 29. *deliciis*, lege *delicias*.
66. 27. *primordis*, lege *primordiis*.
107. ult. *refervatar*, lege *refervatur*.
111. penult. poteftationis, *lege* proteftationis.
171. ult. data, &c. *lege* quæ data funt per Edwardum regem.
173. 6. at, *lege* ait.
178. 27. concerdia, *lege* concors.
183. 13. abfentia, *lege* abfentiam.
191. 7. premittatur, *lege* permittatur.
197. 11. *lege* CERTIFICATORIUM.
24. *Meneo*, lege *Menev*.
199. 10. cummunes, *lege* communes.
ult. *fumam*, lege *fumat*.

208. 1. *revelevarit*, lege *revelaverit*.
211. 11. muta, *lege* multa.
29. imperatorum, *lege* imperatorem.
218. 10. Profectiones, *lege* Profeffiones.
232. 18. confolationem, *lege* confolationum.
249. 28. faffraganeo, *lege* fuffraganeo.
252. 22. Epifcopi, *lege* Epifcopo.
253. 32. Margaretum, *lege* Margaretam.
256. 23. *fea*, lege *fed*.
275. 20. *tempore*, lege *tempora*.
277. 26. *neceffaria*, lege *neceffario*.
284. 4. papæ, *lege* papa.
11. *videtur*, lege *videatur fuiffe*.
285. 10. epitaphum, *lege* epitaphium.
295. 9. Loncoln, *lege* Lincoln.
319. 10. lege *coæva, folio vero*.
324. 9. Hilnegardis, *lege* Hildegardis.
22. hominum, *lege* hominem.
331. 23. Gevafius, *lege* Gervafius.
335. 1. *Narman*, lege *Norman*.
346. 11. *Navaire*, lege *Navarre*.
349. 17. Anfelmi, *lege* Anfelmus.
366. 22. Genelogia, *lege* Genealogia.
380. 13. *hæc*, lege *hic*.
381. 17. *exaratum*, lege *exaratus*.
388. ult. *pariter*, lege *perite*.
423. ult. *gaudent*, lege *gaudet*.

CATALOGUS
LIBRORUM MANUSCRIPTORUM
IN BIBLIOTHECA COLL. CORP. CHRIST. CANT.

I.

CODEX *membranaceus in folio majori, literis initialibus auro et diversis coloribus splendide illuminatis, seculo* xiv *exaratus, quo continentur,*

1. Tabula moralium beati Gregorii, *in qua notatur exordium cujusvis capitis illius operis.*
2. Concordantia moralium beati Gregorii.
3. Tabula rerum in moralibus beati Gregorii.
4. Tabula rerum in homeliis beati Gregorii in evangelia.
5. Tabula rerum, *ut videtur*, in omnibus operibus beati Gregorii.
6. Excerptiones Garnerii Gregoriani ex operibus beati Gregorii Lib. xvi.
7. Reclinatorium animæ, *liber extractus ex libris moralibus beati Gregorii, et in xii sermones divisus.*
8. Speculum Gregorii, *sive* compendium librorum moralium.

9. Com-

I.] *Vet. Cat.* Sub. C. 1. *MSS. Angl.* 1623—356.

9. Commentarium in ſingulos libros veteris et novi teſtamenti ſumptum ex operibus beati Gregorii, *principio et fine mutilatum.*

II.

Codex membranaceus ejuſdem formæ, haud longe poſt conquiſitionem exaratus, quo continentur,

Libri canonici veteris teſtamenti ſecundum verſionem vulgatam cum prefationibus Hieronimi.

Deſinit in libro Job, ita ut deſiderantur Proverbia, Pſalmi, Cantica Canticorum, Eccleſiaſtes, Paraleipomena, et omnes libri Apocryphi.

Literæ initiales ſingulorum librorum auro diverſiſque coloribus nitidiſſime ornantur, et quædam habent effigiem autoris eleganter depictam: præ cæteris enitent duæ illuminationes libris Numerorum et Deuteronomii præfixæ.

III, IV.

Duo codices membranacei, præcedenti et forma et caractere ſimiles, literis initialibus illuminatis ſed venuſtate paulo inferioribus ſimiliter ornati, eodemque ſeculo exarati, quibus continentur,

Biblia vulgata cum prefationibus Hieronimi.

Præter libros in canonem vulgo receptos et libros apocryphos, in ſecundo volumine habetur epiſtola Pauli ad Laodicenſes.

V, VI.

Duo codices membranacei in folio majori, ſeculo xv exarati, quibus continetur,

Ioannis Tinmouthienſis hiſtoria aurea.

In primo volumine tradit hiſtoriam ſacram et profanam a creatione ad Diocletianum, et in ſecundo a Diocletiano ad annum Chriſti 1377; *haud tamen affirmaverim ipſum Ioannem hiſtoriam ſuam ultra* 1347 *deduxiſſe, cum*

II.] *Vet. Cat.* Sub. C. 2. *MSS. Angl.* 1624—357.
III. IV.] *Vet Cat.* Sub. C. 4. 5. *MSS. Angl.* 1626—359.
V. VI.] *Vet. Cat.* Sub. B. 1. 2. *MSS. Angl.* 1614—347. 1615—348.

cum quædam ſint ad finem codicis noſtri lacunæ, unde facile intercidere potuerit notula illa ad hunc annum, quæ in codice Buriano reperitur: præterea haud inuſitatum fuit monachis ſupplementa ſua hiſtoricis adjungere ſine aliqua nota diſtinctionis inter opus originale et poſteriora additamenta. Multus eſt autor in rebus eccleſiaſticis et vitis ſanctorum enarrandis.*

Ad frontem primæ paginæ utriusque voluminis inſcribitur, "Hic eſt "liber ſancti Albani de libraria conventus;" in priore vero, "Vir venera- "bilis dominus Wilelmus Wyntshull, quondam hujus monaſterii monachus, "inter plurima beneficia quibus honorem hujus eccleſiæ multipliciter am- "pliavit, hanc hiſtoriam, quæ dicitur aurea, et in partes duas dividitur, "non ſine magnis ſumptibus fecit conſcribi, quod opus in libraria conven- "tus ad opus clauſtralium remanere voluit. Cujus donum auctorizando "confirmavit reverendus in Chriſto hujus monaſterii pater et abbas Iohan- "nes Whethamſtede, ſacræ theologiæ profeſſor, predictum librum in duobus "voluminibus ut predicitur diviſum ad opus ſui conventus pro futuris tem- "poribus perenniter ſtabilivit."

VII.

Codex membranaceus in folio ſeculo xv a diverſis ſcriptoribus exaratus, cui titulus manu neoterica appoſitus, "Supplementum hiſtoriæ aureæ I. de "Tinmouth ex cænobio S. Albani, id eſt, pars majoris hiſtoriæ Thomæ "Walſingham;" quæ vero in eo continentur, melius docebit ſequens inſcriptio manu coeva ad imum primæ paginæ exarata, "Hunc librum cronica- "lem tam geſtorum regum quam abbatum poſt mortem dompni Willelmi "Wynthyll in quaternis derelictum connecti fecit dompnus Robertus Ware; "et licet diverſæ materiei diverſa ſunt propter defectus quarternorum non "conſonancia, ſtudeat tamen lector flores mellifluous et coloribus amaricatos, "prout tempora fuerunt, deguſtare timere et refutare." Fragmenta vero, de quibus agitur, ſunt hæc,

1. Hiſtoria Angliæ ab anno 1377 ad annum 1400.

2. Hiſtoria

---

* *Notula*] *viz.* Explicit Hiſtoria Aurea Iohannis Anglici, *Tanneri Biblioth.* 440.

VII.] *Vet. Cat.* Sub. B. 3. *MSS. Angl.* 1616—349.

2. Hiſtoria Angliæ ab anno 1404 ad annum 1409.
3. ——————— ab anno 1393 ad annum 1403.
4. ——————— ab anno 1400 ad annum 1406.
5. ——————— ab anno 1393 ad annum 1422.

*Hæc hiſtoria ſemper fere concordat cum Thoma de Walſingham, etſi nonnulla habeat codex noſter, quæ ipſe omiſit; et veriſimile videtur, ut judicavit autor * harum rerum peritiſſimus, ipſum Thomam, qui hujus monaſterii fuit monachus, ex his quaternionibus hiſtoriam ſuam compilaſſe.*

6 Liber de benefactoribus monaſterii Sancti Albani compendioſe confectus, una cum vitis Thomæ de la More et Iohannis Moote abbatum, et electione Gulielmi Heyworth; *picturis ornatus.*

VIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv exaratus, quo continentur,

Vincentii [Bellovacenſis] ſpeculi hiſtorialis libri xiv priores, *in quibus hiſtoria deducitur a mundo condito ad mortem Valentis imperatoris, A. D.* 380.

IX.

Codex membranaceus in folio, viz.

Paſſionale quorundam Sanctorum,

Circa annum 1032 *exaratum, ut ex kalendario eidem prefixo colligere licet; quod kalendarium uſibus cujuſdam eccleſiæ Anglicanæ inſerviſſe, probant numerus ſanctorum noſtræ gentis in eo memoratorum, et nomina quorundam caractere Saxonico ſcripta. Paſſionale vero perpaucos continet Anglicanos, nec caractere ad Saxonicum accedente (ut placuit* Stanleio*) ſed plane Romano exaratur: et cum ſatis conſtet plures Normannos ab Edwardo Confeſſore ad dignitates eccleſiaſticas fuiſſe promotos, alicui forſan eorum hoc debemus paſſionale ſecum a Normannia deportatum, et ut eccleſiæ Anglicanæ adaptaretur, kalendario poſtea inſcripta ſunt ſanctorum indigenarum nomina. In eo autem continentur vitæ ſanctorum ſubſequentium,*

1. S.

---

* *Autor*] Tyrrel, pref. to 3d Vol. of his Hiſt. of Engl. xi.
VIII.] *Vet. Cat.* Sub. B. 4. *MSS. Angl.* 1617—350.
VIII.] *Vide* XIII. XIV.
IX.] *Vet. Cat.* Sub. B. 6. *MSS. Angl.* 1619—352.

1. S. Salvii, episcopi, vi kal. Jul. *p.* 17.
2. S. Nicholai, *p.* 27.
3. S. Rumwaldi, *p.* 53.
4. S. Cirici et Julittæ matris ejus. *p.* 59.

Quaterniones precedentes manu paulo neoterica exarantur, et passionale olim incipiebat a vita S. Remigii proxime sequente, ut docet index contentorum in reliquo volumine eidem prefixus.

5. S. Remigii, *p.* 62.
6. S. Vedasti, kal. Oct. *p.* 136.
7. S. Pratonis, eodem die, *p.* 147.
8. S. Leodegarii, vi non. Oct. *p.* 153.
9. S. Dionisii Areopagitæ, vii Id. Oct. 176.
10. S. S. Sergii et Bacchii, non. Oct. *p.* 200.
11. S. Richarii, *p.* 210.
12. S. Calesti papæ, ii Id. Oct. *p.* 217.
13. S. S. Crispini et Crispiani, vii kal. Nov. *p.* 220.
14. S. Quintini, prid. kal. Nov. *p.* 225.
15. S. Cesarii, kal. Nov. *p.* 230.
16. S. Eustachii et filiorum ejus, xii kal. Oct. *p.* 234.
17. S. Hughberti, kal. Nov. *p.* 243.
18. S. Winnoci, viii Id. Nov. *p.* 258.
19. S. S. Simproniani, Claudii, Nicostrati, Castorii, Simplicii, vi Id. Nov. *p.* 261.
20. S. Theodori, v Id. Nov. *p.* 268.
21. S. Mennæ, iii Id. Nov. *p.* 271.
22. S. Martini, in lib. iii, eodem die. *p.* 276.
23. S. Aniani, xv kal. Dec. *p.* 319.
24. Sanctæ Ceciliæ, x kal. Dec. *p.* 323.
25. S. Longini, *p.* 336.
26. S. Clementis, ix kal. Dec. *p.* 339.
27. S. Trudonis, eodem die, *p.* 345.
28. S. Chrisogoni, viii kal. Dec. *p.* 362.

29. S.

22.] *Vide* XLII. 1.

IX.

29. S. Saturnini, iii kal. Dec. *p.* 377.
30. S. S. Chrifanti et Dariæ, *p.* 379.
31. S. Elegii, kal. Dec. *p.* 389.
32. S. Sabiniæ, epifcopi, vii Id. Dec. 393.
33. Sanctæ Eulaliæ, iv Id. Dec. *p.* 397.
34. S. S. Fauftini et Victorici, iii Id. Dec. *p.* 403.
35. Sanctæ Luciæ. Id. Dec. *p.* 407.
36. Sanctæ Anaftafiæ, viii kal. Jan. *p.* 408.
37. Sanctæ Eugeniæ, eodem die, *p.* 410.
38. S. Marini, vi kal. Jan. *p.* 426.
39. S. Maximi cum fociis fuis, *p.* 434.
40. Sanctæ Luciæ, *p.* 437.
41. S. Indoci, *p.* 441.
42. Sanctæ Criftinæ, viii kal. Aug. *p.* 446.
43. Adventus et exceptio corporis Benedicti et Scolafticæ fororis ejus in agro Floriacenfi, *p.* 455.

Defunt quædam ad finem hujus codicis.

X.

Codex membranacens in folio, ornatus literis initialibus nitide illuminatis, feculo xiii exaratus, quo continentur,

Gratiani decretum aureum, *five* decretalia ut vocantur communia ab eo collecta.

XI.

Codex membranaceus in folio, feculo xii exaratus, quo continentur,

Rabanus Maurus de natura rerum * ad Ludovicum regem. lib. xxii.

XII. *Codex*

X.] *Vet. Cat.* Sub. C. 3. *MSS. Angl.* 1625—358.

XI.] *Vet. Cat.* P. 12. *MSS. Angl.* 1509—242.

* *De natura rerum*] In Hiftor. Litt. Cavefii vocatur, De univerfo five Etymologiarum opus.

XII.

Codex membranaceus in folio grandioribus literis exaratus, quo continetur,

Paſtorale S. Gregorii per Ælfredum regem Saxonice verſum.

Codex tam in margine quam inter lineas textus gloſſatur latine manu Normanno-ſaxonica.

Ad calcem codicis, An Iriſh ballad printed in the Saxon character.

XIII, XIV.

Duo codices membranacei in folio, ſeculo xv ſcripti, literis initialibus ſingulorum librorum nitide illuminatis, viz.

Vincentii [Bellovacenſis] ſpeculi hiſtorialis Tom. II, III. *quibus continentur libri* xvi, *a* ix° *ſcilicet ad* xxiv^tum^.

XV.

Codex membranaceus typis impreſſus, continens,

Thomæ Aquinatis ſummæ theologiæ libr. iv^tum^. " *Preclarum hoc* " *opus quartiſcripti ſancti Thomæ de Aquino alma in urbe Moguntina, in-* " *clitæ nationis Germanicæ, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine* " *donoque gratuito cæteris terrarum nationibus preferre illuſtrareque dignata* " *eſt, artificioſa quadam imprimendi adinventione ſeu caracterizandi abſque* " *ulla calami exaracione ſic effegiatum, et ad euſebiam Dei induſtrie eſt con-* " *ſummatum per Petrum Schoiffer de Gernzhem, anno Domini milleſimo* " *quadringenteſimo ſexageſimo nono, tredecima die Junii. Sit laus Deo.*"

Cum hic liber ad inſtar plurium codicum MSS nullam habeat titulum fronti prefixum, haud ſcio an recte nominaverim; quartum eſſe librum maniſeſte docet autoris prefatio; cum poſteriore parte ſummæ theologiæ nec omnino

---

XII.] *Vet. Cat.* S. 1. *MSS. Angl.* 1546—279.
XII.] *Vide* CCCLXI.
XIII. XIV.] *Vet. Cat.* Sub. B. 7. 8. *MSS. Angl.* 1620—353. 1621—354.
XIII. XIV.] *Vide* VIII, ubi liber, qui hic dicitur, nonus, vocatur ſeptimus.
XV.] *Vet. Cat.* P. 1.

nino congruit, nec valde ab ea discrepat; aliter ab exemplaribus recentioribus dividitur, et quæstiones sæpissime sunt diversæ.

XVI. *Vide* XXVI.

XVII.

Codex membranaceus in folio, seculo xii exaratus, quo continentur,

1. Sermones CXXIV [Augustini Hipponensis] in evangelium sancti Iohannis.
2. Epistolæ [ejusdem] ad Dardanum.
3. Sermo B. Chrysostomi in Parasceve.

XVIII.

Codex chartaceus typis impressus in folio,

Scriptores historiæ Angliæ post Bedam, Francofurti 1601.

XIX.

Codex membranaceus in folio, seculo xii exaratus, continens,

Decreta Ivonis Carnotensis in partes xvii distributa.

Ad frontem hujus codicis habetur, catalogus pontificum Romanorum a Benedicto I ad Honorium II, et continuatus *manu paulo neoterica* ad Honorium III.

Ad calcem vero,

1. Epistola Iohannis episcopi ad Anselmum Lemonecinæ ecclesiæ, quod laicus qui filium in articulo mortis baptizaverit, a conjuge sua separari non debet.
2. Quædam constitutiones Eugenii, Urbani II, Paschalis II, et Calixti II,

3. Statuta

XVII.] *Vet. Cat.* L. 5. *Angl. MSS.* 1403—126.
1.] *Vide* CCCXLIV. 23.
2.] *Vide* CCCXXII. 1.
XVIII.] *Vet. Cat.* D. 10.
XIX.] *Vet. Cat.* Sub. D. 8. *MSS. Angl.* 1636—369.

3. Statuta concilii Westmonast. 27 Hen I, cum confirmatione regia.

Discrepant ab eis quæ habentur sub hoc anno apud Wilkins, Concilia Magn. Britan. tom. 1. p. 408.

Liber, " de claustro ecclesiæ Christi Cantuariensis".

XX.

Codex membranaceus in folio, seculo xiv exaratus, quo continentur,

1 Textus Latinus Apocalypsis cum versione rithmica et expositione lingua Gallica.

*Ornatur hic tractatus multis et nitidissimis figuris singulis fere paginis occurrentibus; in litera initiali primæ paginæ depingitur effigies equitis genua flectentis, insigniis armorum * induti.*

2. Manere de coroner novel roy [d'Angleterre.]

Inprimis observatione dignum videtur, quod post peractas sponsiones ex parte regia, quales alibi reperiuntur, communitas regni consilium inire jubetur, de iis quæ pro communi utilitate forent decernenda, et rex promittit se firma et rata habiturum, quæ decreverit communitas. Hoc certe ignorabant illi qui seculo præterito tam acriter disputaverunt † de sensu verbi elegerit *in juramento a regibus nostris in solemnitate coronationis præstito. Lectori gratum erit verba ipsa ante oculos habere.*

" *Grantez vous les leys et les custumes et promettiez a tenir les et defendre*
" *al honur de Dieu que la commune de votre realme efferra?*

" *Respon. Jeo les grant et les promet.*

" *Et puis a ceo serra aretee ceo que la comune voudera ordinee solonc ceo que hom entendera que bien soit.*

" *Et quant tut ceo serra fait et lui roy serra corone il avera tut ceo*
" *grante, il fra le serment en la manere que le ercevesque lui chargera.*"

Ex loco citato satis apparet hoc promissum referre nec ad leges jam stabilitas

---

XX.] *Vet. Cat.* K. 16. *MSS. Angl.* 1640—373.

1.] *Vide* CCCXCIV.

* *insigniis armorum*] *viz.* Gules, on a chevron or, 3 lyons rampant sable.

† *disputaverunt*] *Vide* Remonstrance of the Commons dated May 26, 1642. and the King's answer thereto.

litas, nec ad eas quas parliamentum poſtea decreverit, ſed ſolummodo ad petitiones quas illo ipſo die et inter ſolemnitates coronationis communitas regi obtulerit.

Omnes orationes in hac ſolemnitate recitandæ hic habentur lingua Gallica. Ad frontem hujus tractatus eſt illuminatio nitidiſſima regis ſolio ſedentis epiſcopis et magnatibus circumdati.

XXI.

Codex membranaceus in folio, literis initialibus cujuſvis libri eleganter illuminatis, ſeculo xiv exaratus, continens,

1. Ranulphi Higdeni Polychronicon. lib. vii.

Præmittuntur index alphabeticus ſatis amplus, et mappa mundi *forma ovali; hiſtoria deducitur a Ranulpho uſque ad annum* 1342, *et poſtea continuatur ab alio quodam ad annum* 1377.

De hoc noſtro autore qui mala fide opus Rogeri Ceſtrenſis tranſcripſit, et pro ſuo evulgavit, vide Wanleium apud Cat. MSS. *Harl.* 1707.

2. Cronica bona et compendioſa de regibus Angliæ tantum a Noe uſque ad hunc diem [1367] " *Noe fuerunt tres filii.*"

" *Iſtum librum* " *Henricus Somer dedit Hoſpitali Sancti Iohannis Evangeliſtæ Cantabrigiæ, cujus animæ propitietur Deus.*"

XXII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii exaratus, quo continentur,

1. Iſidori [Hiſpalenſis, Originum *ſive*] Etimologiarum lib. xx.
2. Fragmentum tractatus de animalibus, incerti autoris, *cum figuris.*
3. Iſidori [Hiſpalenſis] Synonima.

XXIII. *Codex*

XXI.] *Vet Cat.* E. 4. *MSS. Angl.* 1321—45.

1.] *Vide* CXVII. CLXIV. CCLIX.

XXII.] *Vet. Cat.* L. 4. *MSS. Angl.* 1402—125.

2.] *Vide* LIII. 4. CCCLXIX. 2.

3.] *Vide* CCCXLVIII. 3.

XXIII.

Codex membranaceus in folio, cujus in priore parte manu valde antiqua exarata continentur,

1. Aurelii Prudentii Clementis Pſychomachia, *iconibus hiſtoricis et allegoricis curioſorum aſpectu non indignis* 89 *ornata: ex his iconibus* 50 *tam Saxonicis quam Latinis inſcriptionibus gaudent. Inſcriptio Saxonica primæ iconis hiſtoricæ hæc eſt,* "+ Heꞃ Goꝺeꞅ ꞅƿıðꞃa" (*antiquitus enim Deus per dexteram ex nubibus porrectam repræſentabatur*) "ꝼoꞃbeaꝺ "Abꞃahame ƿæt he hıꞅ ꞅunu ne oꝼꞅloᵹe ꞅƿa hım beboꝺen ƿæꞅ. ac ꝼunꝺe hım "anne Rom Goꝺe to ᵹeoꝼe ꝼꞃıᵹenne."

Pſychomachiam excipiunt eadem manu exarata ſubſequentia poemata;

2. Romanus ſive paſſio ſancti Romani.
3. Hymnus in honore ſanctorum martyrum Emetrii et Chelidonii Calicurritanorum.
4. Paſſio Laurentii beatiſſimi martiris.
5. Hymnus in honore Eulaliæ beatiſſimæ virginis et martiris.
6. Hymnus in honore decem et octo martirum Ceſaraguſtanorum
7. Paſſio ſancti Vincentii.
8. Hymnus in honore beatiſſimorum martirum Fructuoſi epiſcopi Terraconenſis et Augurii et Eulogii diaconorum.
9. Hymnus in honore Quirini beatiſſimi martiris epiſcopi eccleſiæ Sciſcianæ.

10. De

XXIII.] *Vet. Cat.* F. 1. *MSS. Angl.* 1332—56.
1.] *Vide* CCXXIII. 20.
2.] ibid. 21.
3.] ibid. 22.
4.] ibid. 23.
5.] ibid. 24.
6.] ibid. 25.
7.] ibid. 26.
8.] ibid. 27.
9.] ibid. 28.

10. De loco in quo martires passi sunt nunc baptisterium est Calagorra.
11. Passio sancti Cassiani.
12. De passione sancti Hypoliti ad Valerianum episcopum.
13. Passio Apostolorum.
14. Passio beati Cypriani martiris.
15. Passio sanctæ Agnetis virginis.
16. Versus Constantinæ Constantini filiæ scripti in apsida basilicæ quam condidit in honore sanctæ Agnes.
17. Versus Damasi episcopi de eadem re.
18. *Fragmentum* libri primi contra Symmachum.

Hunc codicem insignem ecclesiæ Malmburiensis quondam fuisse docet inscriptio quæ sequitur literis Saxonicis majusculis in secunda pagina exarata.

" *Hunc quicunque librum Aedhelmo depresseris almo*
" *Damnatus semper maneas cum sorte malorum*
" *Sit pietate Dei sine qui vel portet ab isto*
" *Coenobio librum Aedhelmi hunc vel vendere temptet*
" *Qui legis inscriptos versus rogitare memento*
" *Christum ac in requie semper dic vivat Athelward*
" *Qui dedit hunc librum Aedhelmo pro quo sibi Christus*
" *Munera larga ferat largitor crimina laxans.*"

* * * * * *

Pars vero hujus codicis posterior, seculo xi exarata continet,

19. Sancti Orosii Ormesta mundi.

XXIV.

Codex membranaceus in folio cum hac inscriptione, " Liber *qui intitula-*
" *tur* de causa Dei contra Pelagium compilatus et editus per reveren-
" dum

10.] ibid. 29.
12.] ibid. 30.
13.] ibid. 31.
14.] ibid. 32.
15.] ibid. 33.
18.] ibid. 34.
XXIV] *Vet Cat.* M. 6. *MSS. Angl.* 1423—146.

" dum ſacræ theologiæ doctorem tunc cancellarium London. deinde
" electum Cantuar. et Lincoln. magiſtrum Thomam de Bradwardyn
" *procuratus tum ad eccleſiam . . . . . per fratrem Ioannem de Preſtone de Somerſete monachum ejuſdem eccleſiæ anno domini milleſimo* CCC^{mo} XLVIII°.

" *Quem titulum quicunque fraudulenter deleverit librumque ab eadem ec-*
" *cleſia alienaverit deleat eum Deus de libro vitæ et anathemate feriatur.*
" *Pro cujus anima pietatis obſequio devotius exoretur.*"

Ad finem codicis habentur,

1. Epiſtola Bernardi Clarevall. ad Innocentium papam de hereſibus Abelardi.
2. Condemnatio quorundam hereticorum opinionum per Ioannem [Peccham] archiepiſcopum Cantuar. A. D. 1286.

XXV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv exaratus, quo continentur,

Epiſtolæ beati Cypriani epiſcopi Cartaginenſis magni oratoris et glorioſi martiris, *videlicet.*

1. Epiſtola ad Donatum.
2. De diſciplina et habitu virginum.
3. Epiſtola de lapſis.
4. De unitate eccleſiæ.
5. Epiſtola de dominica oracione.
6. De mortalitate.
7. De opere et elemoſina.
8. Ad Demetrianum.
9. Epiſtola de bono patienciæ.
10. De zelo et livore.
11. Ad Fortunatum de tolerantia perſecutionis.
12. Ad Quirinum de ſacramento Chriſti.
13. Ad eundem de diſciplina chriſtianæ religionis.
14. Ad Antonianum de hereſi Novaciani.
15. De hereticis baptizandis ad Pompeium.

16. 17. Ad

XXV.] *Vet. Cat.* L. 1.

16, 17. Ad Magnum de Novaciano epiſtolæ duæ.
18. De Numidico preſbitero ordinato.
19. De Martiate et Baſilide.
20. Ad Fidum de infantibus baptizandis.
21. Ad Eucratium de hiſtrione.
22—29. Epiſtolæ octo ad Cornelium.
30. Ad Rogacianum et ceteros confeſſores.
31. Ad plebem de quinque preſbiteris.
32. Ad Epitectum et plebem.
33. Ad clerum et plebem.
34. Ad Lucium de exilio reverſum.
35. Ad maximum Nicoſtratum.
36. Ad Florentium quem et Puppianum.
37. De virginibus ad Pomponium.
38. Quod ydola dii non ſint.
39. Ad Fortunatum de his qui per tormenta non ſuperantur.
40. Ad Rogacianum de diacono.
41. Ad Stephanum papam de concilio.
42. Ad Tibaritanos exortatoria.
43. Ad Cecilium de ſacramento calicis.
44, 45. Epiſtolæ duæ ad martires et confeſſores.
46. De hereticis baptizandis ad Julianum.
47. Ad Quintum de eodem.
48. Sententiæ epiſcoporum numero LXXVII. de eodem.
49, 50. Ad Moyſen et Maximum preſbiteros.
51. Ad clerum et plebem de Aurelio confeſſore.
52. Ad clerum de Celerino confeſſore.
53. Ad Junaianum de hereticis.
54. Epiſtola de aleatoribus.
55. De laude martirii.
56. Felicis ad Cyprianum reſcripta.
57. Epiſtola Cypriani ad Romanos.
58. Ad clerum.
59. Ad Cornelium.
60. Ad Maximum preſbiterum et ceteros fratres.

61. Ad

61. Ad Lucium et qui cum eo ſunt.
62. Epiſtola Firmiliani ad Cyprianum.
63. Epiſtola Maximi et ceterorum fratrum ad Cyprianum.
64. Epiſtola Cypriani ad clerum de quibuſdam preſbiteris.
65. Ad martires qui lapſis petierunt pacem dari.
66. Ad plebem de lapſis.
67. Ad clerum pro lapſis et cathecumenis.
68. Ad clerum de his qui ad pacem feſtinant.
69. Ad clerum non temere pacem dandam.
70. Epiſtola Cypriani ad Caldonium.
71. Ad clerum Romæ de reditione epiſcopi Urbici.
72. Ad clerum inſinuans quod utraſque Romæ literas miſiſſet.
73. De monte Syna et monte Syon.
74. De laude Cypriani epiſtola.

XXVI, XVI.

Duo codices membranacei in folio, ſeculo xiii exarati, quibus continentur, Matthei Paris hiſtoria major.

Primum volumen exordium ſumit a creatione mundi et definit in anno 1189.

Ad calcem manu paulo neoterica ad alterum volumen his verbis refertur, "*Anno Dominicæ incarnationis* M.C.LXXXIX *eſt vera continuatio hiſ-*" "*toriæ Matthei Pariſienſis in alio volumine ejuſdem manus.*"

Ad initium habes ſtationes a Londino ad Hieroſolymam cum notis et deſcriptionibus ſuccinctis *lingua Gallica,* Prefationem, tabulas genealogicas *(quarum major pars in calcem codicis rejicitur)* circulum paſchalem et kalendarium.

Ad finem codicis eſt mappa mundi *cum hac inſcriptione,*

"*Summatim facta eſt diſpoſicio mappa mundi magiſtri Rob. de Meleke-*" "*leia et mappa mundi de Waltham mappa mundi regis quod eſt in camera*" "*ſua apud Weſtmonaſterium figuratur in ordinali Matthei de Pariſiis:*" "*veriſ-*

XXVI.] *Vet. Cat.* C. 9. *MSS. Angl.* 1306—30.
XVI.] *Vet. Cat.* C. 5. *MSS. Angl.* 1301--25.

" *veriſſimum autem figuratur in eodem ordinali quod eſt quaſi clamis extenſa.*
" *Talis eſt ſcenia noſtræ partis habitabilis ſecundum philoſophos ſcilicet*
" *quarta pars terræ quæ eſt triangularis fere, corpus enim terræ ſpericum*
" *eſt.*"

In ſecundo volumine hiſtoria continuatur ab anno 1189 *ad annum* 1253.

In initio hujus voluminis eſt tabula genealogica a Willelmo I. ad Henricum III. mappa Paleſtinæ et mappa Angliæ, *ſed ambæ mutilæ.*

Primæ paginæ ſic inſcribitur, " *Hunc librum dedit frater Mattheus de* " *Pariſiis deo . . . . anima fratris Matthei et animæ . . . . de-* " *functorum requieſcant in pace. Amen.*"

In utroque volumine margo ornatur ſcutis regum et nobilium depictis et coloratis, ectypis nonnullorum ſigillorum et delineationibus hiſtoricis.

Ex prefatione editionis Parkerianæ patet primum volumen fuiſſe peculium Edwardi Aglionby de Balſal Temple cujus nomen adhuc legitur inſcriptum folio rejecticio ad finem codicis, alterum autem volumen Henrici Sidnæi garterii ordinis equitis aurati nam etſi nomen ejus huic codici non inſcribatur tamen ex lacunis manu neoterica reſtitutis ſatis manifeſtum eſt, hunc eſſe codicem Sidleianum de quo ibi ſit mentio.

Editores Matthei oblique perſtringit Antonius a Wood ex eo quod narrationem de tranſmigratione multorum ſcholarium ab academia Oxonienſi in Cantabrigienſem, in exemplari hujus hiſtoriæ in bibliotheca divi Jacobi aſſervato ipſe non reperiſſet; quam proinde nullam fidem mereri temere aſſeverat: haud igitur ab re erit lectorem monere, ipſiſſima verba qualia a reverendiſſimo antiſtite ſunt edita, in hoc noſtro indubitatæ fidei exemplari reperiri.

XXVII.

Codex membranaceus in folio ſeculo xiii exaratus, quo continetur,

Unum ex quatuor *ſive* concordantia evangeliorum Ammonii Alexandrini cum expoſitione perpetua Zachariæ Chryſopolitani.

Paginæ primæ olim legebatur inſcriptum " *Ex dono dompni Galfridi* " *archi-*

XXVII.] *Vet. Cat.* L. 6. *MSS. Angl.* 1404--127.

XXVII.] *Vide* CCCCLXXV.

" *archidiaconi, cujus anima per miſericordiam Dei requieſcat in pace.*
" *Amen. De eccleſia B. Mariæ de Leyſtona, Suffolc.*"

XXVIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii exaratus, in quo continentur,

Origenis Homeliæ xxviii in librum Numerorum a Rufino e Græco in Latinum verſæ.

" *Liber ſanctæ Mariæ Abbendoniæ; quicunque ipſum alienaverit anathema ſit. Amen.*"

XXIX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii exaratus, in quo continetur,

Petri Comeſtoris hiſtoria ſcholaſtica.

XXX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii exaratus, in quo continentur,

1. Expoſitio Andreæ [Victorini] abbatis in pentateuchum, in Joſuam, Judices, in libros Regum et Chronicorum, in Parabolas Salamonis, et in Eccleſiaſtem.
2. Expoſitio in Parabolas ſecundum Bedam.
3. Hieronimi expoſitio in Eccleſiaſtem.
4. Andreæ [Victorini] abbatis expoſitio in xii prophetas.

XXXI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continetur,

Textus xii prophetarum, et expoſitio eorum a magiſtro Stephano [Langton] archiepiſcopo Cantuarienſi.

" *Liber ſanctæ Mariæ de Coggeſhale.*

XXXII. *Codex*

XXVIII.] *Vet. Cat.* L. 7. *MSS. Angl.* 1405—128.
XXIX.] *Vet. Cat.* B. 1. *MSS. Angl.* 1289—13.
XXX.] *Vet. Cat.* M. 9. *MSS. Angl.* 1421—144.
1.] *Vide* CCCXV. 5.
XXXI.] *Vet. Cat.* M. 10. *MSS. Angl.* 1425—148.
XXXI.] *Vide* LV. LVIII. LXXXIX. CCIV.

XXXII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv exaratus, in quo continetur,

A gloſs [or expoſition] on the goſpels of St. Mark and St. Luke and all the epiſtles of St. Paul.

XXXIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii exaratus, in quo continetur,

Gloſſa ordinaria et interlinearis in evangelia ſecundum Marcum et Ioannem.

XXXIV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur,

1. Ioannes Damaſcenus de fide orthodoxa, lib. iv. *p.* 1.
2. Anſelmus archiepiſcopus [Cantuar.] de eterna beatitudine, *p.* 41.
3. Anſelmus de libero arbitrio, *p.* 45.
4. ——— in quid habes quod non accepiſti, *p.* 49.
5. ——— de incarnatione Domini et de homine aſſumpto contra quendam hereticum qui dicebat quod Pater et Spiritus ſanctus in Filio eſt incarnatus, *p.* 57.
6. Anſelmus cur Deus homo, *p.* 63.
7. ——— de peccato originali, *p.* 77.
8. Auguſtinus Hipponenſis de doctrina chriſtiana, lib. iv. *p.* 84.
9. Anſelmus de triplici rerum notitia, lib. v. *p.* 111.
10. De diſtinctione dictionum ſecundum ordinem alphabeticum, *p.* 136.

11. Auguſ-

XXXII.] *Vet. Cat.* P. 6. *MSS. Angl.* 1508—241.
XXXIII.] *Vet Cat.* P. 2. *MSS. Angl.* 1499—232.
XXXIV.] *Vet. Cat.* P. 3. *MSS. Angl.* 1502—235.
2.] *Vide* CXXXV. 2. CLIV. 48. CCCXXXII. 14.
3.] *Vide* CLIV. 12. CLV. 5.
5.] *Vide* CLIV. 4. CLV. 7.
6.] *Vide* CLIV. 5. CLV. 8.
7.] *Vide* CLIV. 6. CLV. 9. CCCCLIX. 12.
8.] *Vide* CVII. 14. CLIV. 50. CCLXXXIX. 1. CCCXVI. 9.

11. Auguftinus Hipponenfis de vera penitentia, *p.* 143.
12. Anfelmus de concordia predeftinationis et præfcientiæ et gratiæ cum libero arbitrio, *p.* 151.
13. Auguftinus [*rectius* Anfelmus] de proceffione Spiritus fancti, *p.* 159.
14. Epiftolæ Senecæ ad Lucilium, *p.* 170.
15. Anfelmus de fide chriftiana, *p.* 189.
16. Anfelmi meditatio noftræ redemptionis, *p.* 192.
17. ——— epiftola de facrificio azumi, *p.* 194.
18. Anfelmus de fumma veritate, *p.* 201.
19. Auguftinus Hipponenfis de bono conjugii, *p.* 209.
20. ———— de adulterinis conjugiis, *p.* 217.
21. ———— de fancta virginitate, *p.* 230.
22. ———— de vera religione, *p.* 242.
23. ———— de fermone Domini in monte, *p.* 265.
24. ———— de fymbolo, *p.* 303.
25. ———— de vita beata ad Manlium Theodorum virum magnificum, *p.* 307.
26. ———— de duabus animabus, *p.* 315.
27. ———— de fide rerum invifibilium, *p.* 322.
28. Vita beati Auguftini, *p.* 326.
29. De tranflacione fancti Auguftini, *p.* 333.
30. Capitula quorundam librorum Auguftini, *p.* 337.
31. De intellectu, *p.* 339.
32. Juliani Pomerii urbis Toletanæ epifcopi liber prognofticorum de futuro feculo, *p.* 357.

33. De

11.] *Vide* CLIV. 27. CCCXVI. 15. CCCXLIV. 21.
12.] *Vide* CLIV. 14. CLV. 14.
13.] *Vide* CLIV. 7.
16.] *Vide* CLIV. 21. CLV. 13.
17.] *Vide* CLIV. 8. CLV. 11.
18.] *Vide* CLV. 4.
24.] *Vide* CLIV. 25.
25.] *Vide* CLIV. 35.
26.] *Vide* CLIV. 24. CCCXLIV. 9.
27.] *Vide* CLIV. 26.

33. De archa Noe pro archa ſapientiæ cum archa eccleſiæ et archa majoris gratiæ, *p.* 385.
34. Libellus de reformatione archæ.
35. Expoſitio Anſelmi in Intravit Jeſus in quoddam caſtellum, *p.* 426.
36. [Anſelmi] offendiculum ſacerdotum, *p.* 428.
37. De veneranda inſtitutione ſacræ miſſæ tam antiquis patribus ſanctis glorioſe quam ab ipſo Domino glorioſiſſime monſtrata et completa et ab Hildeberto epiſcopo edita, *carmen. p.* 440.
38. Ejuſdem verſus de ſua expulſione ab epiſcopatu.
——————— de excidio Trojæ, &c. *p.* 447.
39. Bernardus abbas de Claravalle de gratia et libero arbitrio, *p.* 451.
40. Auguſtini Hipponenſis confeſſionum lib. xiii. *p.* 464.
41. De tranſlacione S. Edmundi regis et martyris.

XXXV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur, Opuſcula varia Thomæ Aquinatis, *videlicet,*

1. Brevis compilatio theologiæ, *fol.* 1.
2. Contra impugnatores religionis, *fol.* 41.
3. De perfectione ſpiritualis vitæ, *fol.* 82.
4. Contra doctrinam retrahentium a religione, *fol.* 97.
5. De ſortibus, *fol.* 110.
6. De unitate intellectus contra Averoys, *fol.* 114.
7. Expoſitio ſuper primam decretalem de fide catholica et de ſancta trinitate et ſuper ſecundam *Damnamus, fol.* 122.
8. De articulis fidei et de ſacramentis eccleſiæ ad archiepiſcopum Panormitanum, *fol.* 127.

9. De

33.] *Vide* CCXCIV. 1.
37.] *Vide* CCCCLXX. 2.
39.] *Vide* CCLXIII. 3.
40.] *Vide* LXIII. 4. CCLIII. 1.
XXXV.] *Vet. Cat.* P. 4. *MSS. Angl.* 1500—433.

9. De angelis, *fol.* 131.
10. De principiis naturæ ad fratrem Sylveſtrum, *fol.* 145.
11. Quid ſit poſſibile de eternitate mundi, *fol.* 147.
12. De rationibus fidei, *fol.* 148.
13. De forma abſolutionis primæ ſacramentalis, *fol.* 154.
14. Expoſitio ſuper librum Dyoniſii de divinis nominibus, *fol.* 157.
15. Expoſitio ſuper librum Boetii de hebdomadibus, *fol.* 215.
16. Expoſitio ſuper librum Boetii de trinitate, *fol.* 219.

   * * *deſunt folia* 12, *viz. a* 241 *ad* 252 * *.

17. Contra errores Græcorum, *fol.* 253.
18. Reſponſiones ad quoſdam dubios articulos, *fol.* 263.
19. De Judæis, *fol.* 266.
20. Reſponſio ad articulos miſſos a fratre Ioanne, *fol.* 267.
21. De decem preceptis, *fol.* 269.
22. Expoſitio in Ave Maria, *fol.* 278.
23. Expoſitio in Pater noſter, *fol.* 279.
24. Expoſitio in Credo, *fol.* 283.

XXXVI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur,

1. Vita ſanсti Pauli primi heremitæ per Hieronimum.
2. Vita ſanсti Antonii tranſlata ex Græco Athanaſii per Evagrium Antiochenum.
3. Vita ſanсti Hilarionis per Hieronimum.
4. Hieronimi [monachi] vitæ ſanсtorum patrum Ægyptiorum.

" *Per Petronium Bononienſem ſecundum Gennadium.*"

Et quidni utraque opinio admittatur? quæ enim ſcripſit Hieronimus Græco idiomate, ab alio quodam, forſan a Petronio, in Latinum ſermonem vertebantur.

5. Aсtus Malchi Monachi captivi [per Hieronimum.]
6. Vita ſanсti Frontonii.
7. De leone a beato Hieronimo curato.

8. Liber

XXXVI.] *Vet. Cat.* P. 5. *MSS. Angl.* 1501—234.

1.] *Vide* CCCLXXXIX. 1.

8. Liber ſancti Athanaſii epiſcopi de exhortacione monachorum.

9. Liber adhortationum ſanctorum patrum perfectionumque monachorum quas de Græco in Latinum tranſtulit B. Hieronimus preſbiter.

Sermones ſanctorum patrum interpretati de Græco in Latinum a Pelagio diacono et Iohanne ſubdiacono ſanctæ Romanæ eccleſiæ.

Neſcio ſane an hæc diverſa ſint opera, vel ſi eadem compilatio hiſce diverſis indigitetur titulis, quorum prior ad initium, poſterior ad finem occurrit.

10. Epiſtola ſancti Macharii monachi ad filios.

11. Vita ſancti Marinæ virginis et monachi.

12. Vita ſancti Symeonis Stylitis.

13. Iohannis [Caſſiani] heremitæ collationes x ad Leontium papam et Eladium fratrem cariſſimum.

XXXVII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur,

1. Theorica Campani de motu planetarum.

2. Conjunctiones quædam planetarum calculatæ.

3. Kalendarium de ſcaccario.

Hoc kalendarium in uſum "auditorum compotorum" compilatum fuit, quibus, inquit autor in prefatione, "utile eſt ſcire ſuper quam literam dies "dominica in anno quo audiunt compota evenire contigerit; quia non decet "allocare reddentibus compota omnes dies dominicos et omnes dies feſtivales "tanquam celebrandos ab operibus, pro eo quod ſemper contingit, quod dies "dominicæ eveniunt ſæpe in anno ſuper aliquas dies feſtivales."

Per omnem annum notatur ex quot horis et minutis conſtat dies, et in altera columna continetur "occupatio diei artificialis" per miliaria ſtadia et paſſus computata, ita ut pro qualibet hora diei computantur tria miliaria: —ad finem menſis Januarii, "Quilibet dies iſtius menſis univerſaliter per "ſe uno cum altero computato continet 8 horas cum dī et 4 minuta q. faciunt "25 mil. 5 ſtad. 75 paſs." et ſimiliter ad alios menſes.

Se-

13.] *Vide* CLVI. 1.

XXXVII.] *Vet. Cat.* I. 2. *MSS. Angl.* 1370—93.

Sequuntur regulæ ad inveniendum quot ſunt dies operabiles in quolibet menſe, et quæ occupatio media diei artificialis ſecundum literam dominicam.

4. Tabulæ arithmeticæ.
5. Aliud kalendarium, cum cyclis tribus eclipſium ſolis et lunæ ab anno 1330 ad annum 1386, *cum figuris depictis earundem eclipſium.*
6. Liber compoti, ſive explanatio kalendarii verſibus hexametris.
7. Algoriſmus *verſibus hexametris.*
8. Tabulæ aſtronomicæ et de complexione ſignorum.
9. Tractatus de fatis, *Gallice.*
10. Tractatus Hippocratis pro infirmitatibus per aſtronomiam cognoſcendis.
11. Tous les noums des chatelx d'Engleterre et enſement abbes et prioreez en cheſcun countee.
12. Nomina hundredorum villarum et hamelettorum tocius comitatus Suffolciæ.
13. Statuta de diſtrictionibus.
14. Statuta de ſcaccario.
15. Placita coram juſticiariis itinerantibus apud turrim London. 14 Edw. II.
16. Breve, quod dicitur de quo warranto ad vicecomitem London. quo recitantur conſuetudines ejuſdem civitatis.
17. Alia brevia officiarios ſcaccarii aut civitatem London. tangentia.
18. Ordinationes civitatis London. *Gallice.*
19. Proclamatio regis de injuſtis oppreſſionibus et gravaminibus et placita de eiſdem.
20. Valew of wools in the ſeveral counties of England.
    The higheſt price is x and the loweſt v marks per ſack.
21. Lex mariſci.
22. Nomina vicecomitum Scotiæ, et ſumma cujuſlibet vice-comitatus.
23. Ordinance pour le royaume et la maiſon du roi.

24. Les

7.] *Vide* CXXXIII. 1.

24. Les conditions fur le rendre de la ville de Berewyk 1333.
25. De fervitiis et redditibus regis in Hibernia, A. D. 1317.
26. La forme del treve prife entre fire Edward roy d'Engleterre [et le roi de France.]
27. De ponderibus et menfuris rerum diverfarum in Anglia.
28. Modus menfurandi terram.
29. Le arrai et l'affemble des gens d'Efcoce, qui vindrent a la battaille de Berewyk.

XXXVIII.

Codex membranaceus in folio, feculo xiv exaratus, cujus primo folio infcribitur,

" Tabula fuper decreta et fuper decretales cum cafibus fummariis
" quinque librorum decretalium et fexti et feptimi cum aliis tractati-
" bus neceffariis; *quam acquifivit ecclefiæ fancti Auguftini Cant. frater*
" *I Mankael, cujus animæ propicietur Deus. Amen.*"

In eo autem continentur tractatus infra fcripti,

1. Tabula fuper Innocentis [opus] quæ vocatur Margarita, *fol.* 2.
2. Cafus fummarii quinque librorum decretalium et fexti et feptimi ufque de regularibus et tranfeuntibus ad religionem, *fol.* 9.
3. Cafus juris in quibus aliquis contrahit infamiam, *fol.* 48.
4. Cafus juris in quibus aliquis eft ipfo jure excommunicatus, *fol.* 49.
5. Cafus juris in quibus aliquis eft excommunicandus, ibid.
6. Cafus juris in quibus aliquis eft ipfo jure fufpenfus, *fol.* 51.
7. Cafus juris in quibus aliquis eft fufpendendus. *fol.* 52.
8. Tractatus de fententiis excommunicationis fufpenfionis et interdicti, *fol.* 53.
9. Tractatus de menfura temporis in agenda penitentia fecundum canones, *fol.* 55.
10. Tractatus de privilegiis et exceffibus prelatorum, *fol.* 56.
11. Tractatus de difpenfationibus fuper irregularitate, *fol.* 58.

12. Cafus

XXXVIII.] *Vet. Cat.* P. 17. *MSS. Angl.* 1521—254.

12. Casus in quibus Papa dispensare non potest, *fol.* 64.
13. Casus in quibus solus Papa dispensare potest, *ibid.*
14. Tractatus de dispensationibus episcoporum, *fol.* 69.
15. Casus in quibus episcopus non dispensat, *fol.* 71.
16. Tractatus de dispensationibus legatorum sedis apostolicæ, *fol.* 73.
17. Quis sit legatus et quid ad officium legati pertinet, *ibid.*
18. De dispensationibus patriarcharum et primatum, *fol.* 75.
19. De dispensatione abbatum, *ibid.*
20. De effectu dispensationis, *fol.* 76.
21. Pro quibus culpis sit penitens ad episcopum remittendus, *fol.* 77.
22. Tractatus de penitentiis et remissionibus, *fol.* 78.
23. Aureum memoriale confessorum, *fol.* 80.
24. Expositiones quorundam verborum, *fol.* 85.
25. Tabula quædam de diversis titulis decretalium, *fol.* 86.
26. Tabula dictorum Innocentis de diversis titulis decretalium excerptorum, *ibid.*
27. Brevis continentia materiæ decretorum, *fol.* 117.
28. Tabula super decretales, *fol.* 135.
29. Tabula super decreta, *fol.* 169.
30. Concordantia decretorum ad titulos decretalium, *fol.* 309.
31. Explanationes verborum legum, *fol.* 310.

XXXIX.

Codex membranaceus in folio, seculo xv exaratus, in quo continetur, Pantalogia rerum naturalium, lib. xv. *desunt reliqui.*

XL.

Codex membranaceus in folio, seculo xiv exaratus, in quo continentur, Francisci Petrarchæ de Florentia, lauriati poetæ de remediis utriusque fortunæ, lib. II.

XLI. *Codex*

XXXIX.] *Vet. Cat.* P. 16. *MSS. Angl.* 1510—243.
XL.] *Vet. Cat.* P. 18. *MSS. Angl.* 1520—253.

XLI.

Codex membranaceus in folio, in quo continetur,

Bedæ venerabilis historia ecclesiastica gentis Anglorum ab Ælfredo rege, Saxonice versa.

Hoc codice usus est Abrahamus Whelocus in sua hujusce operis editione; cui forsan debetur sequens notula fronti libri inscripta. " *Versio hæc multis* " *in locis, ut pag.* 185, 186, *tantum differt a MS. bibliothecæ publicæ ver-* " *sione, ut tantum non altera videri possit. sed pag.* 195 *reliquis MSS. fere* " *convenit.*"

Margini hujus codicis passim inscribuntur preces exorcismi et etiam homeliæ Saxonicæ.

Folio ultimo, " *hunc librum dat Leofricus episcopus ecclesiæ S. Petri* " *apostoli in Exonia, ubi sedes episcopalis est, ad utilitatem successorum suo-* " *rum; si quis illum abstulerit inde, subjaceat maledictioni. fiat, fiat, fiat.*

" Thaꞅ boc ꝥeꝼ leoꝼꞃıc b̄ ınto ꞅce Peꞇꞃeꞅ myꞃꞅꞇꞃe on Exanceꞅꞇꞃe ꝥæꞃ ꞅe " Bıꞅceoꞃ-ꞅꞇol ıꞅ ꝼoꞃ hıꞅ ꞅaple alıꞅeꝺnyꞅꞅe anꝺ ꝥıꝼ hıꝥ hꝥa uꞇ æꞇbꞃeꝺe Goꝺ hıne " ꝼoꞃꝺo on ꝺæꞃe e . .

XLII.

Codex membranaceus in folio, seculo xii exaratus, cujus primo folio inscribitur,

" Liber de vita sancti Martini, et aliorum plurimorum sanctorum " cum aliis diversis contentis, *Iohannis Ryngewolde quondam monachi* " *Dovoriæ, cujus animæ propitietur altissimus. Amen.*"

In eo autem continentur,

1. Vita sancti Martini, lib. iii.
2. Vita sancti Edmundi ad Dunstanum episcopum per Abbonem Floriacensem.
3. Legenda sanctorum, *imperfect.*
4. Vita S. Dunstani per Osbernum.
5. Narratio miraculorum sanctæ Dei genetricis.

XLIII. *Codex*

XLI.] *Vet. Cat.* S. 2. *MSS. Angl.* 1544—277.
XLI.] *Vide* CCLXIV. 9. CCCLIX. 1. CCCCXXVII. 7.
XLII.] *Vet. Cat.* H. 2. *MSS. Angl.* 1360—83.
1.] *Vide* IX. 22.
4.] *Vide* CCCXXVIII. 1.

XLIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur,

1. Gulielmus Malmburienſis de pontificibus Anglorum.

Liber quintus manu neoterica in chartis exaratus eſt.

2. Tractatus de viſione monachi Eveſhamiæ, A. D. 1196.

Ad frontem hujus tractatus ſequentes notas ſcripſit reverendiſſimus præſul, cui hunc cæteroſque fere omnes hujus bibliothecæ codices debemus.

" *In hac fabula ſequenti videre licet quam libenter paſſi ſunt majores " noſtri ſe illudi vanis hujuſmodi viſionibus quibus fere prædicatores uſi ſunt " in comprobatione rerum et articulorum fidei quas tractabant, preterita ut " plurimum auctoritate ſacrarum ſcripturarum.*

" *Hæc viſio tanti habebatur apud majores noſtros, ut etiam in multis " libris ſcriptam propagari fecerunt.*"

2. Reſponſio facta per reverendiſſimum patrem et dominum, dominum Iohannem de Turre-cremata, tituli S. Sixti preſbiterum cardinalem ad quoſdam errores Baſilienſium, A. D. 1439.
3. Tractatus Iohannis Franciſci in oppido Norinbergenſi abſolutus dum legationis officio fungeretur, ſuper diverſis queſtionibus ſeu ambiguitatibus inter ſanctiſſimum dominum noſtrum papam Eugenium IV. et concilium Baſilienſe A. D. 1439: una cum reſponſione Baſilienſium contra decretum Moyſes ſanctiſſimi domini Eugenii predicti.
4. Reſponſio R. P. & D, domini cardinalis S. Sixti, alias de Turrecremata vulgariter nuncupati, invectiva ad decretum juſtiſſimæ dampnationis Baſilienſium.
5. Idem de poteſtate papæ et concilii generalis.

CLVIII.

Codex membranaceus in quarto, nitidiſſimo charactere ſcriptus, literis initialibus cujuſvis libri auro et diverſis coloribus ſplendidiſſime illuminatis, et initialibus ſingulorum capitum deauratis, quondam ſi fides Jocelino adhibenda, peculium

CLVII.] *Vet. Cat.* H. 11. *MSS. Angl.* 1613--346.
CLVIII.] *Vet. Cat.* O. 28. *MSS. Angl.* 1498--231.

peculium Theodori archiepiſcopi Cantuarienſis: virum vero doctiſſimum hic in errorem incidiſſe, dum falſæ cuidam traditioni aures nimium faciles præbuit, rei diplomaticæ vel mediocriter eruditis ſatis patet: neque enim caracteres neque ornatus codicis tam altæ antiquitatis gerunt indicia. Nullus igitur dubito quin ſeculo longe poſteriori fuerit exaratus, nimirum haud longe ante artis typographicæ inventionem, quando "barbariſmo paulatim exuto, cepit " major caracterum elegantia et ad inſtar veterum majori diligentia et feli- " ciore auſu laborabant καλλιγραφοι." * *In codice autem laudato continentur,*

1. Marci Tullii Ciceronis Retoricorum. Lib. II.
2. Ejuſdem in nova retorica. Lib. V.
   Liber, qui in exemplaribus impreſſis quartus habetur, hic in duos dividitur.

CLIX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,
Homeliæ quadraginta B. Gregorii papæ in libros duos diviſæ ad Secundinum [Tauritanum] in lectiones evangelicas.

CLX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii ſcriptus, in quo continentur,
Expoſitio venerabilis Bedæ in ſeptem canonicas epiſtolas.

CLXI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii nitidiſſime exaratus, cui titulus,

LEGENDA SANCTORUM

in eo autem continentur,

1. Vita et miracula glorioſi epiſcopi Martialis, qui fuit unus de antiquis Chriſti diſcipulis.
2. Miraculum Sancti Nicholai epiſcopi.
3. Sermo de maxima laude Sancti Dunſtani archiepiſcopi et confeſſoris.
4. Vita Sancti Aldelmi epiſcopi et confeſſoris.

5. Vita

* *Vide* Chronicon Godwicenſe.
CLIX.] *Vet. Cat.* N. 2. *MSS. Angl.* 1442--165.
CLX.] *Vet. Cat.* N. 4. *MSS. Angl.* 1445--168.
CLX.] *Vide* LXII. 13.
CLXI.] *Vet. Cat.* A. 2. *MSS. Angl.* 1278--2.

5. Vita et miracula Sancti Erkenwaldi Londonensis episcopi.
6. Vita et miracula Sancti Swithuni episcopi.
7. Vita Sancti Neoti abbatis.
8. Vita Sancti Iohannis archiepiscopi Eboracensis.
9. Vita Sancti Botulphi abbatis.
10. Miracula Sancti Ithamari episcopi
11. Vita Sancti David Gualensis archiepiscopi
12. Vita Sancti Odonis abbatis [Cluniacensis] per fratrem Ioannem.
13. Vita Majoli abbatis Cluniacensis per Odilonem.
14. Vita Odilonis abbatis Cluniacensis per Petrum Damianum.
15. Vita Hugonis abbatis Cluniacensis per Hugonem.
16. Vita beati confessoris Christi Edwardi gloriosi regis Anglorum dictata a domino Æilredo abbate Rievallensi.
17. Vita et miracula Sancti Edwardi regis et confessoris abbreviata ex tractatu B. Osberni Westmonasterii prioris.

Ad frontem Codicis est figura archiepiscopi vestibus pontificiis et pallio induti.

" Quamvis hæc legenda sanctorum, ut vocant, a multis contemnantur, " tamen quia in iis aliquid historiæ continetur, non sunt negligenda, " unde possis vel verum videre vel antiquorum superstitionem notare."

CLXII.

Codex membranaceus in folio minor. ante conquisitionem Angliæ scriptus, in quo continetur,

Homeliarum Saxonicarum Liber primus.

CLXIII.

Codex membranaceus in folio minor. seculo xii scriptus, viz,

Ponti-

12.] *Vide* CCCXXVIII. 2.
13.] *Vide* CCCXXVIII. 3.
14.] *Vide* CCCXXVIII. 4.
16.] *Vide* CCCXVIII. 1.
CLXII.] *Vet. Cat.* S. 5. *MSS. Angl.* 1541--274.
CLXIII.] *Vet. Cat.* I. 3. *MSS. Angl.* 1371--94.
CLXIII.] *Vide* XLIV. LXXIX. CXLVI.

Pontificale vetus;

In quo continentur, Ordo lectionum librorum catholicorum per annum:—Benedictiones episcopales;—Ordinationes presbiterorum et cæterorum ordinum:—Consecratio pontificis romani, regis et imperatoris;—cæteraque quæ in id genus libris reperiri solent.

CLXIV.

Codex membranaceus in folio minor, seculo xiv scriptus, in quo continentur,

1. Ranulphi Hidgeni polychronici Lib. I. et pars 2[ndi].
2. Moralizationes avium.
   In hoc tractatu spatia ubique occurrunt vacua figuris avium ut videtur designata.
3. Tractatus de rota fortunæ; *cum duabus illuminationibus ipsius rotæ fraterculis circumdatæ, omni venustate denudatis.*
4. Sermones in diversos festos.
5. Delineationes historiarum veteris et novi testamenti numero XCVII haud inelegantes, coloribus leviter tinctæ.
6. Fragmentum sermonis.
   " *Liber* M. *Iohannis Gwathorp decani Wellensis empt. a David Henel*
   " 11 *Iulii A°. VII. Hen. VII. pret.* 4*s.* 4*d.*

CLXV.

Codex chartaceus in folio, seculo xvi scriptus, in quo continetur,

Petri Abelardi Sic et Non, sive sententiæ ex divinis scripturis collectæ quæ contrariæ videntur: propter quam contrarietatem hæc compilatio sententiarum Sic et Non appellatur.

CLXVI.

Codex membranaceus in 4[to]. *seculo xvi scriptus, in quo continentur,*

1. Rode-

CLXIV.] *Vet. Cat.* I. 4. *MSS. Angl.* 1375--98.
1.] *Vide* XXI. CXVII. CCLIX.
CLXV.] *Vet. Cat.* Misc. 18. *MSS. Angl.* 1658--391.
CLXVI.] *Vet. Cat.* I. 5.

1. Roderici [de Averalo episcopi] Caligaritani disputatio de pace et bello. *fol.* 1.
2. Ejusdem oratio exhortatoria ad bellum in Turcas suscipiendum *fol.* 63.

   Hanc orationem excipit SYLLOGE EPISTOLARUM, quarum notitiam ex rubricis codicis desumptam apposui.
3. Epistola doctissimi viri Georgii Trapezuntii ad Rodericum episcopum et castellanum, in qua eum plurimum commendat, et deplorat incommoda captivitatis suæ, et precatur eundem episcopum ut significet causas suæ incarcerationis et calamitatis, *fol.* 74.
4. Epistola Roderici episcopi et castellani ad eundem Georgium Trapezuntium, in qua ostendit causas suæ captivitatis, et arguit eos qui obloquuntur et detrahunt principibus, quare concilium salubre dat eidem Georgio ut quam ocius liberetur, *p.* 75.
5. Epistola Platinæ ad Rodericum episcopum Calagaritanum, castellanum S. Angeli exhortatoria, ut ad eum in carcere vinctum scribat consolationem remedia contra vincula dolores corporis et alias mundi molestias. *p.* 79.
6. Epistola Roderici episcopi et castellani consolatoria, ostendens hujus seculi flagella medecinam esse et signa veræ salutis, et quod plurima bona pariunt tales adversitates, presertim dolor corporis, vincula quæ animum non lædunt præsertim sapientis, et hortatur ad constantiam. *fol.* 80.
7. Epistola B. Platinæ ad Rodericum castellanum, quem plurimum laudat de doctrina et humanitate ad miseros, et agit gratias de remediis ad ejus infelicitates. *fol.* 83.
8. Epistola Roderici castellani ad Platinam responsiva, arguens amicum assentantem simul et laudantem, et ostendit propter quæ veræ laudes dicantur. *fol.* 85.
9. Epistola B. Platinæ ad Rodericum castellanum, in qua miserabiliter conqueritur contra fortunam, quæ eum bonis artibus deditum suis percusserit malis, quod attribuit iniquæ suæ constellationi, et desperare videtur. *fol.* 86.
10. Epistola Roderici episcopi et castellani ad eundem Platinam responsiva,

refponfiva, in qua agit quomodo catholice loquendum fit de fortuna et fato, et quod aftra non neceffitant ad hofce finiftros eventus. *fol.* 88,

11. Epiftola B. Platinæ ad eundem Rodericum caftellanum, deplorans infirmitates captivitatem et infortunia fua, quæ dicit non poffe curari verbis. *fol.* 92.

12. Epiftola Roderici epifcopi et caftellani refponfiva, quod licet aliquid dolores corporis intellectum impediunt, qui tamen intenfe Deum amat et fpeculativis intendit, non fentit has paffiones corporis, et de caufis quare boni has moleftias patiuntur. *fol.* 93.

13. Epiftola B. Platinæ ad eundem Rodericum caftellanum, in qua fuperatum fe afferit rationibus caftellani, manent tamen aliquæ moleftiæ reliquiæ, quibus petit adhiberi confolationis remedia. *fol.* 96.

14. Epiftola Roderici epifcopi et caftellani ad eundem Platinam refponfiva, in qua dicit prædictas reliquias paffionum et infelicitatum humanarum difficulter curari poffe, veluti ex debilitate et pronitate ad malum provenientes, et tangit egregie omnes paffiones animi, adhibens contra illas remedia. *fol.* 97.

15. Epiftola B. Platinæ ad eundem Rodericum caftellanum, eum commendans de doctrina et humanitate, tandem exhortatur ut fcribat, quo antidoto poffit curare paffiones animi, videlicet gaudium, fpem, dolorem et metum, et quid opponatur iftis paffionibus, et unde oriuntur. *fol.* 102.

16. Epiftola Roderici Caliguritani ad B. Platinam refponfiva, primo eum commendat de elegantia fermonis, tandem agit de fingulis animi paffionibus, et de earum ortu, et quid eis opponatur, et de medela ad eas curandas, et de quibufdam utilitatibus quas in animum afferunt, *fol.* 103.

17. Epiftola Pomponii oratoris eloquentiffimi ad Rodericum epifcopum et caftellanum, in qua commendat quædam opufcula ejufdem epifcopi, prefertim libellum ab eo editum de pefte an fugienda fit, *fol.* 111.

18. Epiftola ejufdem Pomponii ad eundem Rodericum epifcopum de laudibus, fignanter de clementia S. D. N. Pauli II. *fol.* 113.

19. Epiſtola Roderici epiſcopi Caliguritani ad Pomponium, in qua eum conſolatur de calamitatibus, et quomodo virtus creſcit in adverſis. *fol.* 114.
20. Epiſtola ejuſdem Pomponii ad eundem Rodericum epiſcopum, in qua agit gratias de ſolamine epiſtolarum ſuarum, quibus ſe adjutum plurimum dicit. *fol.* 115.
21. Epiſtola ejuſdem Pomponii ad eundem Rodericum epiſcopum et caſtellanum, in qua plurimum commendat tractatum per eundem epiſcopum editum contra Baſilienſes et contra electionem per eos factam ad papatum in perſonam Amodei, *fol.* 117.
22. Epiſtola ejuſdem Pomponii ad eundem Rodericum epiſcopum, in qua etſi ſolitudinem dicit peculium poetarum, ſolitudinem tamen cum recluſione non laudat, *fol.* 119.
23. Epiſtola Roderici epiſcopi et caſtellani reſponſiva ad eundem Pomponium, in qua ſolitudinem veluti aptam contemplationi et otio plurimum laudat, et quomodo ſapiens non eſt ſolus, nec menti anguſtia obeſt, *fol.* 120.
24. Epiſtola ejuſdem Pomponii ad eundem Rodericum epiſcopum, in qua dicit ſolitudinem eſſe utilem cum libertate ſed moleſtam cum captivitate, et lamentatur de ejus recluſione, *fol.* 122.
25. Epiſtola Lucidi Latini ad Rodericum epiſcopum et caſtellanum excuſatoria quod non ſcripſit, et exhortatur ut illum calamitoſum ſuis literis conſoletur, *fol.* 124.
26. Epiſtola Roderici caſtellani ad Lucidum, in qua eum conſolatur exhortaturque ad patientiam in adverſis et animi magnitudinem omnem fortunæ impetum ſuperantem, *fol.* 125.
27. Epiſtola ejuſdem Lucidi ad eundem caſtellanum, in qua agit gratias de antidotis conſolationum ſuarum et iterum exhortatur ut ad eum ſcribat, *fol.* 126.
28. Epiſtola Roderici ad eundem Lucidum, in qua ait eum tam mirificas laudes non mereri, et ibi pulchra contra adulationem; tandem pulchra adducit de retribuendo benefactoribus, rurſus ſcribit ei certa conſolationis genera quæ omnem mœſtitiam levant, *fol.* 127.
29. Epiſtola ornatiſſima Lucidi ad eundem Rodericum caſtellanum

de

de laudibus suis, in qua brevi virtutes et opera ejus narrat, *fol.* 130.

30. Oratio Casaretis ad Rodericum episcopum et castellanum, in qua eum plurimum commendat, signanter de humanitate erga omnes cives Romanos quos in sua habet custodia, *fol.* 133.

31. Epistola Augustini Maffei Patricii ad Rodericum episcopum et castellanum, in qua eum laudat de doctrina et virtute, tandem transmittit ei libellum de gestis et opusculis ejusdem episcopi a Pomponio viro eloquentissimo editum, *fol.* 135.

32. Epistola ejusdem Roderici episcopi et castellani ad eundem Augustinum, in qua indignum se ait tot præclaris laudibus, easque pro monitione recipit, ut talis sit qualem describunt ipsi Augustinus et Pomponius, *fol.* 136.

33. Epistola eloquentissimi viri A. Campani ad R. P. Rodericum episcopum Caliguritanum et castellanum, in qua quærit an somnia habeant aliquid veritatis propter antiquorum exempla quibus legitur somnia maxima futura prænuntiasse, *fol.* 138.

34. Epistola Roderici episcopi et castellani ad eundem Campanum responsiva, in qua pulchra de somniis adducit, specialiter septem causas propter quas omnia somnia hominibus accidunt, *fol.* 139.

35. Epistola Campani ad eundem episcopum et castellanum, in qua plurimum epistolam precedentem commendat, et fatetur plene satisfecisse dubitationi suæ erga somnia et effectus eorum *fol.* 143.

36. Epistola ejusdem episcopi et castellani ad eundem Campanum, consolatur eum multipliciter propter carceris miserias, et adducit utilitates quæ ex captivitate proveniunt, et quod sapiens captivus esse non potest, *fol.* 144.

37. Epistola ejusdem Campani ad eundem episcopum et castellanum in qua eum commendat de humanitate et doctrina, et extollit opusculum a dicto episcopo editum de differentia principatus imperatoris et regis, *fol.* 146.

38. Epistola ejusdem Roderici episcopi ad eundem Campanum, in qua eum exhortatur ut librum ab eo editum de monarchia perlegat, et si quid dignum reprehensione viderit, emendet, *fol.* 148.

 39. Epis-

39. Epiſtola ejuſdem Campani ad eundem epiſcopum et caſtellanum, in qua ultra carceris miſerias febres et dolores pati conqueritur, et ni antidotis conſolationum ejuſdem epiſcopi adjutus eſſet, putat eum obiiſſe, *fol.* 149.
40. Epiſtola ejuſdem Roderici epiſcopi ad S. D. Paulum II. regratiatoria promotionis ſuæ ad eccleſiam Zamorenſem, *fol.* 150.
41. Oratio ejuſdem Roderici epiſcopi et caſtellani ad eundem ſanctiſſimum D. Paulum II. in viſitatione ejuſdem pontificis, gratias agens de tranſlatione ad eccleſiam Caliguritanam, *fol.* 150.

" *Liber Thomæ Godſalve de Norwico olim de Lychfelde.*"
" *Sed nunc Petrus Hobard de Denyngton dominus hujus libri* 20 *die*
" *Auguſti*, 1567.

CLXVII.

A paper book in folio, written in the xvi century, containing

An old Engliſh chronicle from the creation to the calling of the council of Baſil, written by a monk of the order of the friars Eremites of St. Auguſtin.

Beginning, " *The firſt man Adam was mad on a fryday withought modyr*
" *with oute fadyr in the field of damaſk.*"

The former catalogues have attributed this chronicle to a Gilbertine, but it appears from the 96 *page that the author was of the order of the Hermits of St. Auguſtin, and as he elſewhere informs us, was born in the* 17 *Ric. II. His account of the later reigns appears minute and judicious.*

CLXVIII.

Codex chartaceus in folio, cujus primæ paginæ inſcribitur,

" *This booke conteyninge ſome fragments of that excellent man Richard*
" *Cox biſhoppe of Ely, Roger Cox ſonne to the B. gave to me J. Jegon.*

In eo autem continentur,

1. Loci communes ex patribus, &c. collecti.

2. Notæ

CLXVII.] *Vet. Cat.* E. 6. *MSS. Angl.* 1324--48.
CLXVIII.] *Vet. Cat.* Miſc. Y.

2. Notæ hiſtoricæ ordine chronologico diſpoſitæ de rebus eccleſiaſticis ab anno 603 ad annum 1509.
3. Leges Canuti, Ethelredi, Edgari, Edmundi, Adelſtani, Inæ et Aluredi.
4. Carmina in Lanienam Pariſienſem.
5. Letter exhorting the pariſhioners of every pariſh to be charitable to their poor neighbours, ſent by order of council: dated Dodington 12 July, 1569.
6. Letter to the miniſters of every pariſh to certify unto him the names of thoſe that refuſe to come to church and receive the ſacraments, ſent by order of council: dated Somerſham 13 Nov. 1569.
7. Letter enjoining the miniſters to uſe only the catechiſm ſet forth in the book of ſervice, and to certify unto him quarterly the names of ſuch parents as refuſe permitting their children to learn it, dated Somerſham 7 Aug. 1572.
8. Letter to the churchwardens of a pariſh to take down their roode-loft and ſuperſtitious dome, dated Somerſham 12 Dec. 1572.
9. Letter to the miniſters of his dioceſe to be diligent in catechiſing, dated Ely-palace March 1, 1572.
10. Letter from the council to the biſhop, requiring him to enforce the obſervance of uniformity in religion thro' his dioceſe, dated Greenwich 7 Nov. 1573.
11. Letter from the biſhop to the ſeveral pariſhes on this occaſion.
12. Prayers for the beginning of every year in the queen's reign.
13. Juramentum regis quando coronatur.
14. Another prayer for the beginning of every year in the queen's reign.
15. Prayers againſt the adverſaries of the godley.
16. The forme and order of the pſalmes as they were uſed to be ſonge in the houſe of the late right reverend father Richard Cox ſometine L. B. of Ely.
17. Liſts of fairs.
18. Epitaphia papæ Sixti.

19. Notæ

19. Notæ hiſtoricæ incipientes A. D. 1558.
20. Carmina Latina et Anglicana.
21. Verſes written by a priſoner, *ſigned* C.
   " *Like as the byrde in the cage encloſed.*"
22. Verſes in praiſe of retiremend *ſigned* C. W.
   " *My own Ihon Poyntz ſince ye delite to know.*
23. Proverbs.
24. Engliſh verſes with the following burdens
   (1) " *Hold back thy tonge at meat and meal;*
   " *Speake but few wordes, beſtow them well.*
   (2) " *The black ſhepe is a perylous beaſt,*
   " *Cujus contrarium falſum eſt.*
   (3) " *Say well and do well they are things twayne;*
   " *Thryſe happye is he, in whom both raygne.*
   (4) " *My derlyng dere long have I ſowght,*
   " *Loſt is my labour, ſhe is clere nowght.*
   (5) " *Lorde wounde my fleſhe with thy feare*
   " *For I feare thy judgements.*
   (6) " *For he that by wyll doth rule his witte*
   " *Doth oftymes looſe when he ſhulde knitte.*"
25. Speech *as I conjecture* of Cromwell earl of Eſſex at his execution.
26. Oratio dicenda ante miſſam.
27. Indulgentia conceſſa fraternitati S. Chriſtophori et Georgii in civitate Ebor.

CLXIX.

Codex chartaceus in folio, in quo continentur,

1. Diametri et diſtantiæ planetarum, *p.* 3.
2. Calendarium Romanum magnum, Ceſareæ majeſtati dicatum, D. Ioanne Stoeffler mathematico autore; *impreſſum in Oppenheym per Iacobum Robel die* 24 *Martii menſis anno* 1518, *p.* 15.
3. The kalender of ſhepardes newely augmented and corrected, *im-*

CLXIX.] *Vet. Cat.* Miſc. I. *MSS. Angl.* 1581—314.

imprinted at London by William Powell for John Walley A. D. 1559, *p.* 293.

4. A treatiſe of the compound manuell, *Latine*, *p.* 497.
5. Tables for the meting of timber, *p.* 501.

CLXX.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continentur,

Collectanea N. Collys notarii publici, *ſive* plurima inſtrumenta in curia Romana uſitata, bullæ, reſcripta apoſtolica, &c. *ſequenti ordine*,

1. Permiſſio data per Agnetem prioriſſam domus monialium de Higham Roff. dioc. Elenæ Ormeſton dictæ domus moniali, ut poſſit accipere officium prioriſſæ domus B. Mariæ Magdelen de Davington Cant. dioc. ad quam collata fuit per Henricum archiepiſcopum Cantuar. in locum Iohannæ Waller defunctæ 23 Dec. 1502.
2. Literæ teſtimoniales ſuper ſententiam definitivam in curia Romana in cauſa inter Ioannem Dymock de Boſton ſeniorem coexecutorem ultimi teſtamenti Roberti de Willuighby militis Lincoln. dioc. ex una parte et Thomam Waterburn archiepiſcopi Cantuar. comiſſarium ex altera parte, *p.* 1.
3. Notificatio ſententiæ definitivæ in curia Romana in cauſa inter Thomam Hophe L. L. D. canonicum Spirenſ. actorem et Conradum Holtz appellantem de intruſione A. D. 1470, *p.* 8.
4. Ordinatio Henrici [Denne] archiepiſcopi Cantuar. pro viſitatione monaſteriorum ordinis S. Auguſtini, data in convocatione 9 Maii, 1502, *p.* 20.
5. Collatio G. Peblyngton monachi monaſterii B. Mariæ Ebor. Cantabrigiæ commorantis ad prioratum monachorum Cantabrigiæ ſtudentium per Thomam abbatem S. Albani, et nigrorum monachorum in Anglia primi præſidis, *p.* 22.
6. Monitorium in eventum citatoris ſub poenis cum inhibitione, *p.* 33.
7. Declaratio ob non paritionem monitorii, *p.* 24.

8. De-

CLXX.] *Vet Cat.* Miſc. T.

32. Pe-

32. Petitio abbatis et conventus de Wiblingen Conſtan. dioc. ad papam contra Eberherdum de Kirchberg, qui ſe de facto intruſit in advocatiam dicti monaſterii, &c. *p.* 62.
33. Petitio Gregorii Heggeze contra appellationem Ioannis Zag et Ioannis Hagenwiter in cauſa de canonicatu et prebend. eccl. collegiatæ S. Felicis Conſtan. dioc. *p.* 63.
34. Petitio abbatis monaſterii de Ochſenhuſen ordinis S. Benedicti Conſt. dioc. contra octo monachos ejuſdem monaſterii profugos et contumaces, *ibid.*
35. Petitio præpoſiti et canonicorum monaſterii S. Chriſtopheri de Ravengirſburg, ordinis S. Auguſtini, Magunt. dioc. contra Sifridum epiſcopum Cirenen. titular. ſuffraganeum archiepiſcopi Mag. et miniſtros Frederici ducis Bavariæ, qui armata manu eos de dicto monaſterio expulerant, *p.* 65.
36. Alia eorundem petitio, ut ab obligatione juramenti vi extorti ſolvantur, *p.* 67.
37. Petitio Gaſpar Vogt, ut cauſa matrimonialis pendens inter ſe et Amiam Suſcitzin committatur ad ordinarium dioc. ſuæ Conſt. *ibid.*
38. Petitio Thomæ Hophe papæ cubicularii, ut Raynoldus de Luna mercator Florent. excommunicetur, ex eo quod ſummam M. ducatorum de auro eidem Thomæ debitam ſolvere nolebat, *p.* 68.
39. Diſpenſatio conceſſa ab Alexandro papa Iohanni Felford, ut eccleſiam parochialem de Brideſtowe, Exon. dioc. (cujus annuus valor non excedit xx marcas) cum prebend. eccleſia de Exon. unitam teneat, *p.* 69.
40. Conceſſio annuæ penſionis 23 £. 6 *s.* 8 *d.* Mag. I. L. durante vita ſua per miniſtrum et fratres domus S. Roberti juxta Knareborough in comitatu Ebor. ordinis S. Trin. et Redemp. Capt. 23 Aug. 1444, *ibid.*
41. Confirmatio ejuſdem conceſſionis coram cardinali [Kempe] archiepiſcopo Ebor. *p.* 70.
42. Diſpenſatio Sixti IV. ut vicarii in capella regia de Windeſore ex fundatione regis Edwardi IV. beneficium alterum quodvis cum vicariis ſuis tenere poſſint, *p.* 71.

43. Teſtimonium fundationis domus fratrum minorum de obſervantia in villa de G. [Greenwich] Roff. dioc. per Edwardum IV. 2 Julii, 1482, *p.* 72.
44. Confirmatio ejuſdem domus per epiſcopum Roff. virtute commiſſionis a ſede apoſtolica, eodem die ac anno, *p.* 73.
45. Permiſſio data per Alexandrum papam, ut prior et conventus monaſterii de Eveſham poſſint transferre jus patronatus eccleſiæ S. Michaelis in Cornehill ad guardianos et fratres gildæ artis pannariorum in eadem eccleſia pro annua penſione CVI *s.* VIII *d.* 8 Jul. 1503, *p.* 76. *et iterum p.* 190.
46. Literæ Julii papæ in favorem Aliciæ Chaderton alias Man, Cov. et Lichf. dioc. ut literæ predeceſſorum ejus Alexandri et Pii ſuum effectum obtineant A. D. 1503, *p.* 77.
47. Commiſſio in partibus ad audiendum et determinandum cauſam quandam matrimonialem inter Oliverum Southeworthe et Ceciliam Southeworthe alias Bilborough de London. ex una parte et Willelmum Lavenham civem London. ex altera parte A. D. 1515, *p.* 78.
48. Carta Ricardi II. recitans et confirmans varias cartas donationum cenobio de Lancaſtre, data anno regni 15, *p.* 79.
49. Procuratorium Henrici Sharp L. L. D. conſtituens Thomam Hophe L. L. D. et Alexandrum de Bardis mercatorem Florentinum, procuratores ſuos in curia Romana, datum 4 Oct. 1477, *p.* 83.
50. Procuratorium Willelmi et Sinaſmanni domin. in Rappolviſtein ad componendum cum Thoma Hophe decr. doct. et procuratore fiſcale de captione et detentione ejuſdem Thomæ, datum 28 Sept. 1470, *p.* 84.
51. Procuratorium ipſius Thomæ Hophe et procuratoris fiſcalis in eodem negotio, datum 14 Dec. 1470, *p.* 85.
52. Procuratorium ad conſentiendum de judice, *p.* 86.
53. Procuratorium Thomæ Hophe ad perſequend. literas executionales trium ſententiarum conformium, datum 6 menſis Aug. 1470, *p.* 87.
54. Procuratorium Roberti Newton monachi Gaſcen et prioris electi

electi prioratus de Monte-acuto ad profeq. caufam electionis fuæ in curia Romana, datum 6 Jan. 1459, *p*. 89.

55. Procuratorium Iacobi abbatis monafterii S. Auguftini Cantuar. ad vifitand. lumina apoftolorum, datum 4 Nov. 1561, *p*. 91.

56. Procuratorium Gregorii Heggezn ad profequend. gratiam, dat. 20 Oct. 1566, *p*. 92.

57. Teftimonium acceptationis per procuratorem, *p*. 93.

58. Teftimonium affignationis poffeffionis, *p*. 94.

59. Bulla Pauli papæ pro celebratione anni jubilei A. D. 1475, et deinceps de 25 annis in 25 annos, data 13 kal. Maii, 1473, *p*. 95.

60. Solennis excommunicatio per eundem papam, 3 kal. Apr. 1469, *p*. 99.

61. Revocatio indultorum in cafibus gravioribus per eundem papam, 1468, *p*. 106.

62. Conftitutio ejufdem papæ contra fimoniam, 1464, *p*. 107.

63. Commiffio Henrici [archiepifcopi Cantuar.] ad procedend. contra vicarium de Aylefbury, qui corpus quoddam in ecclefia fua dehumari fecit, et pro corpore B. Ofithæ ad monafterium ejufdem nominis olim tranflato prædicavit, *p*. 109.

64. Carta Alexandri papæ, qua conftituit Adrianum de Tureto unum ex acolytis fedis apoftolicæ A. D. 1479, *p*. 110.

65. *Ad imum hujus paginæ*, "Mem. quod fiat procuratorium "pro Iohanne Bray canonico ecclefiæ Ebor. et preben- "dario prebend. de Bugthorpe in eadem in minore ætate, "IX fcilicet fuæ ætatis annum attingente, conftituens "Mag. Ioannem Alcoc epifcopum Wigor. ad curiam B. &c. "Item dictus Iohannes Bray minor ac canonicus ecclefiæ "cathedralis Wellen. et prebendarius prebendæ de Lytton in "eadem conftituit dominos Ioannem Shaa militem et alder- "mannum London. Mag. Hugonem Holden, et Ioannem Cler "fuos procuratores ad acceptandum, &c."

66. Concordata principum in concilio Bafilienfi, *p*. 111.

67. Difpenfatio Alexandri papæ conceffa magiftro Nicholao Cur-leus capellano cantuariæ ad altare B. Mariæ virginis prope tumulum Ioannis Beauchamp in ecclefia Lond. ut aliud quod-

vis beneficium cum dicta cantuaria tenere possit A.D. 1501, *p.* 114.

68. Literæ testimoniales Iohannis episcopi Lincoln. quod Hugo Ynge A.M. socius collegii Winton. Oxoniis admissus fuit ad sacros subdiac. diacon. et presbiter. ordines, datæ 8 Dec. 1491, *p.* 115.
69. Procuratorium ejusdem Hugonis, guardiani sive rectoris collegii de Wapingham Lincoln. dioc. ad acceptandum beneficium quodvis, datum 16 Aug. 1500, *ibid.*
70. Memorandum quod 5 Jul. 1500, Mag. Will. Carpynter canonicus ecclesiæ collegiatæ de Southwell et prebendarius prebend. de Wedborough in eadem constituit ——— procur. suos ad ———, *ibid.*
71. Epistola Alexandri papæ VI. ad priorem et receptores donorum hospitalis S. Ioannis Ierusalem regni Angliæ, quod possint ecclesias parochiales adire pro suffragiis et elemosinis colligendis; data 7 Dec. 1448, *p.* 116.
72. Epistola Mariani de Coccinis in curia Romana procuratoris ad N. Collys curiæ Cant. procuratorem, de causa pendente inter W. Steward, Ioannem Mertok et Martinum Collyns official. curiæ Ebor. et priorem et conventum Dunelm. data Romæ 15 Jan. 1501, *p.* 117.
73. Indulgentia quadraginta dierum concessa per archiepiscopum Cantuar. et episcopos London. Winton. et Eliens. omnibus qui visitaverint capellam S. Annæ et S. Thomæ Cantuar. fundatam a D. Thoma More decano ecclesiæ cathedralis S. Pauli London. in eadem ecclesia, *p.* 118.
74. Procuratorium Mag. Roberti Curnell rectoris S. Petri de Samfold Cicestr. dioc. ad ———, datum 23 Apr. 1501, *ibid.*
75. Bulla Bonifacii papæ IX. in qua ordinem Cartusianorum ab omni ordinaria jurisdictione exemptum pronuntiat, *ibid.*
76. Formulæ exordiorum pro bullis, *p.* 119.
77. Licentia ad predicandum concessa Roberto Bradwall A.M. *p.* 121.
78. Commissio in partibus ad absolvendum Thomam Tomyow vica-

vicarium de Congresbury, Bath. et Well. dioc. ab reatu perjurii, eique juramentum de personali residentia relaxandum, data 20 Nov. 1545, *p.* 122.

79. Indulgentia quadraginta dierum concessa ab episcopo Lincoln. eis qui succurrerint inopiæ parochianorum de Ayet-Montfichet, quorum ecclesia suis ornamentis fuerat spoliata A.D. 1490, *p.* 122 et 125.

80. Epistola priorissæ et capituli de Pollesworth ad episcopum Roffensem ut electioni D. Elizabethæ Bradfield priorissæ de Higham in abbatissam suam, assensum preberet. data 4 Jul. 1501, *ibid.*

81. Supplicatio ad papam pro dispensatione in defectu natalium, *p.* 123.

82. Citatio Milonis Burre et Willelmi Payne canonicorum de Cartmele ad compar. coram arch. Ebor. et respond. Willelmo Hayll priori suo, &c. A.D. 1501, *p.* 123.

83. Bullæ Clementis et Innocentii P. P. ut capellæ regiæ sint exemptæ ab omni ordinaria jurisdictione, *p.* 124.

84. Testimonium de ecclesiis exemptis in dioc. Litch. et Cov. *p.* 124.

85. Mandatum archiepiscopi ad officialem dioc. Lond. sede vacante de convocatione habenda, *p.* 125.

86. Licentia ad predicandum concessa Ant. Overton S. T. B. priori monachorum studentium in collegio Buck. Cantab. *p.* 126.

87. Presentatio Roberti Dykar ad ecclesiam S. Thomæ apostoli per mortem Willelmi Lathes S. T. P. tum vacantem, per Ioannem Forster et Willelmum Lichfield solos canonicos et stagiarios ecclesiæ cathedralis S. Pauli Lond. capitulum ejusdem non expectato decano facientes, data 4 Mart. 1501, *p.* 126.

88. Dispensatio concessa J. Scholar Constan. dioc. minori XVII annorum ad beneficium ecclesiasticum accipiendum, *p.* 127.

89. Commissio in partibus ad audiendum et determinandum causam inter majorem aldermannos et vicecomites de Drogheda et archiepiscopum Armach. de jure visitationis hospitalium pauperum piorum locorum nuncupatorum, data 8 Oct. 1502, *p.* 128.

90. Dispensatio papalis pro minore ad beneficium ecclesiasticum accipiendum, *p.* 129.

91. Talis

91. Talis diſpenſatio conceſſa Willelmo Thornebourg Lond. dioc. 1504, *p.* 131.
92. Diſpenſatio papalis conceſſa Iohanni filio Willelmi Rede pro defectu natalium, 1504, *p.* 132.
93. Bulla Alexandri papæ pro unione, *p.* 133.
94. Diſpenſatio Simonis [Sudbury] epiſcopi London. ut Iohannes de Appelby teneat cononicatum et prebendam de Chamberleyneſwood in eccleſia cathedrali S. Pauli cum decanatu ejuſdem eccleſiæ, data 22 Nov. 1468, *ibid.*
In hac diſpenſatione mentio fit conſuetudinis ejuſdem eccleſiæ, quod decanus nec electioni epiſcopi nec tractatibus capitularibus adeſſe poteſt niſi fuerit canonicus prebendatus, et reſidentiam tanquam canonicus fecerit.
95. Inhibitio officialis curiæ Cant. ad inſtantiam Iohannis Forſter et W. Lichfield canonicorum et reſidentium eccleſiæ cathedralis S. Pauli Lond. ne Iohannes Perot, qui a R. Sherbourn decano ſecus ac permittunt conſuetudines ejuſdem eccleſiæ deputatus ejus nominatus eſt, jura eorum moleſtet et infringat.
96. Opinio Petri ———— procuratoris in cauſa dominæ Elizabethæ Croxſton, *p.* 135.
97. Licentia Henrici epiſcopi Sarum conceſſa Maculino Coſyn prebendario de Netherburn in eccleſia Sarum, ut eandem prebendam reſignare et cum Hugone Oldam tractare poſſit de penſione inde reſervanda, data 19 Feb. 1500, *p.* 136.
98. Licentia epiſcopi London. ut epiſcopus Sarum poſſit in cauſa prædictæ penſionis reſervandæ intra dioc. Lond. procedere, data 14 Feb. 1500, *ibid.*
99. Procuratorium dicti Maculini ad dictam reſignationem faciendam, data 19 Feb. 1500, *p.* 137.
100. Obligatio Hugonis Adam ad ſolvend. prædicto Maculino ſummam 48 £. annuatim ex prædicta prebenda, *p.* 138.
101. Bulla Alexandri papæ VI. pro priorat. de Montiffonte et Luffeldia ſupprimendis et capellæ regiæ Hen. VII. apud Weſtmonaſt. annexendis, data 12 Feb. 1499, *p.* 138.
102. Commiſſio in partibus pro cauſa audienda et determinanda inter Henricum epiſcopum Sarum priorem monaſterii S. Mariæ

juxta

juxta Glouceſtriam et conventum ejuſdem, et epiſcopum Miden. de quadam annua penſione ex eccleſiis de Velex et de Colpe eidem epiſcopo ſolvenda, data kal. Martii, 1504, *p*. 140.

103. Compoſitio inter capitulum Cantuar. et capitulum London. eccles. de uſu et executione poteſtatis epiſcopalis ſede London. vacante, facta 8 Id. Martii, 1278, *p*. 141.

104. Commiſſio in partibus pro cauſa audienda inter Willelmum Hale priorem de Cartmel et archidiaconum Richmond, *p*. 144.

105. Procuratorium Henrici [Denne] epiſcopi Sarum ſuper miniſterio faciendæ tranſlationis ad ſedem Cantuar. datum 9 Apr. 1501, *p*. 145.

106. Inhibitio officialis curiæ Cantuar. ne prior et capitulum Cant. moleſtent prepoſitum et capitulum eccleſiæ collegiatæ de Wingham exemptæ juriſdictionis, *p*. 146.

107. Supplicatio Iohannis Bryne rectoris S. Nicolai juxta pontem Guilford pro diſpenſatione ad tria quælibet beneficia accipienda, *p*. 147.

108. Facultas conceſſa a ſede apoſtolica ut incolæ ſuburbii de Monxwell juxta London. infantes ſuos baptizare et mortuos ſuos ſepelire poſſint apud capellam de Monxwell, *p*. 148.

109. Teſtimonium reſignationis Iohannis Aſh rectoris de Fenny-Sutton Sarum dioc. coram archiepiſcopo Cant. 5 Feb. 1501, *ibid.*

110. Commiſſio Jacobi regis Scotiæ pro legatis ſuis ad petendam ſibi in matrimonium filiam Henrici regis Angliæ, data 8 Oct. 1501, *p*. 149.

111. Commiſſio Edwardi epiſcopi Ciceſtr. pro concedenda facultate Ricardo Guylford militi ad edificandam eccleſiam, Guylford church pro perpetuo nuncupandam, in loco qui nunc dicitur Guylford Innynge olim vero Brunchings, ad conventum Pontis Roberti pertinenti, qui per trecentos retro annos ſubmerſus fuit, et nuper induſtria et expenſis prædicti Ricardi recuperatus A. D. 1499, *p*. 151.

112. Citatio ad convocationem ex mandato H. archiep. Cant. celebrandam per W. Lych. epiſcopi Lond. tunc extra regnum Angliæ agentis vicarium generalem, *p*. 152.

113. Pro-

113. Procuratorium Francifci archiepifcopi Bifantini ad accipienda beneficia quælibet ecclefiaftica in regno Angliæ, *p.* 154.
114. Decretum prioris et capituli generalis ordinis Cartufianorum, ut prior. de Shene Iohannem converfum domus London. ab ordine licentiaret, et ei habitum auferret, nifi velit perfeverare in ordine obedienter religiofe, pacifice et exemplariter, *ibid.*
115. Procuratoria prioris de Taunton et abbatis de Cerne ad comparendum in convocatione, *p.* 155.
116. Refignatio cuftodiæ parcæ de Slyndon Francifco Dyneley per Ricardum Spencer facta 15 Nov. 1503, *ibid.*
117. Commiffio in partibus pro determinanda caufa matrimoniali inter Ioannem Trefham et Annam Sexton alias Tamner A.D. 1503, *p.* 155 et 199.
118. Procuratorium Hadriani Caftellenfis papæ fecretarii, et Hereford electi ad dictum epifcopatum accipiendum, fact. 7 Mart. 1502, *p.* 156.
119. Indulgentia conceffa a papa Bonifacio eis qui vifitaverint ecclefiam de K. in Holondia, Lincoln. dioc. *p.* 157.
120. Acceptatio refignationis Maculini Cofyn, et collatio Hugonis Oldham ad prebendam ejus cum refervatione annuæ penfionis per epifcopum Sarum, *p.* 158.
121. Difpenfatio papalis pro pluralitate, *p.* 162.
122. Supplicatio Georgii Brifwode ad papam contra Ricardum Caterell, qui in quandam cantuariam dicti G. fe intruferat, *p.* 163.
123. Literæ ad colligendum pro Io. P. de Albo Caftro, milite et comite Palatino, qui cum matre fratre et tribus fororibus fuis ab infidelibus fuit captus et ad Conftantinopolim ductus A. D. 1501, *p.* 164.
124. Bulla Urbani papæ ut abbas et conventus monafterii fanctæ crucis de Waltham poffint ecclefias fuas impropriatas ad firmam demittere etiam laicis, *ibid.*
125. Appropriatio ecclefiæ parochialis de Wetherfeld, ecclefiæ collegiatæ de Stoke-Clare, *p.* 165.

126. Com-

125.] *Vide* CVIII. 3.

126. Commiffio in partibus pro caufa electionis prioris monafterii de Selkeys juxta Wyfford, Ferens. dioc. determinanda, *p.* 175.
127. Epiftola Silveftris [Gigles] epifcopi Wigorn. ad N.C. [Nicolaum Colys] de variis negotiis, data Romæ 14 Jun. 1503, *p.* 176.
128. Difpenfatio pro matrimonio, *ibid.*
129. Literæ executoriales Alexandri papæ pro annua penfione CL ducatorum auri ex epifcopatu Wigorn. folvenda Radulpho electo Afcalon A.D. 1502, *p.* 177 et 249.
130. Bulla donationis ejufdem penfionis, *p.* 177.
131. Commiffio in partibus pro caufa audienda et determinanda inter priorem et conventum ecclefiæ cathedralis Carliol et firmarios eorundem, et vicarium de Lafynby de decimis cujufdem parcæ, *p.* 179.
132. Inhibitio officialis London. ne thefaurarius ecclefiæ cathedralis S. Pauli procedat in quadam caufa jurifdictionis exemptæ (ut afferitur) S. Albani, *ibid.*
133. Commiffio in partibus pro caufa audienda et determinanda inter Willelmum Chetwede executorem teftamenti W. Dacfion nuper rectoris de Brakeham et Ioannem Hudfon modernum rectorem dictæ ecclefiæ de dilapidationibus, *p.* 180.
134. Inftructio fummaria five petitio confratrum et fororum confraternitatis five gildæ nuncupatæ S——— Bofton pro confirmatione antiquorum privilegiorum et conceffione novorum, *p.* 181.
135. Epiftola Sylveftris [Gigles] epifcopi Wigorn. ad N.C. de negotio prædictæ gildæ fibi a regis matre mandato, data Romæ 26 Apr. 1500, *p.* 183.
136. Commiffio data Iohanni Bell epifcopo M. et faffraganeo archiepifcopi Cantuar. per eundem archiepifcopum A.D. 1501, *ibid.*
137. Procuratorium decani et capituli ecclefiæ collegiatæ de Stoke juxta Clare pro appropriatione ecclefiæ de W. [Wetherfted] Lon. dioc. *p.* 184.
138. Appellatio pro abbate et conventu Glafcon. et aliis in caufa inter eos et Iohannem Lax L.L.D. 1465, *p.* 185.
139. Carta Thomæ Jan, jurium et privilegiorum prioratus S. Ioannis

Ierufalem in Anglia confervatoris, quâ vices fuas committit priori de C. et Mag. I. ap. H. archidiac. Cardigan, *p.* 187.

140. Supplicatio Edwardi IV. ad papam pro Thoma [Kempe] epifcopo London. iniquis litibus in curia Romana vexato, *p.* 189.

141. Epiftola ejufdem epifcopi ad procuratorem fifcalem de eadem re, *p.* 190.

142. Supplicatio ejufdem ad papam de eadem re, *p.* 191.

143. Epiftola ejufdem ad cardinalem Senens de eadem re, *p.* 192.

144. Supplicatio Clementis Angliæ collectoris ad papam pro Richardo Tameton U.I.D. fuper lite inter ipfum et ——— B. Mariæ et S. Nicholai Cantabrigiæ occafione prefentationis ejufdem ecclefiæ, *p.* 193.

145. Supplicatio Elizabethæ reginæ [Edw. IV. uxoris] ad papam pro Edwardo [Storey] epifcopo Carliol. *p.* 194.

146. Epiftola epifcopi London. ad Stephanum de Tibiis canonicum Papienf. de negotio fupra memorato, *p.* 195.

147. Epiftola epifcopi London. ad Thomam Lax de magiftris Milverton ac Haldey ordinis Carmelit. fatribus herefeos et contumaciæ accufatis, *p.* 196.

148. Supplicatio regis Edwardi IV. ad papam pro Thoma Pomeray priore conventus ecclefiæ Chrifti London. et ex officio primo poft majorem civitatis Lond. aldermanno, ut concederetur ei ufus mitræ baculi et pontificalium 3 Nov. 1466, *p.* 197.

149. Decretum commiffarii epifcopi Winton. de reparatione cancelli capellæ de Priorifte ab ecclefia de Colmer dependentis a rectore ejufdem ecclefiæ perpetuo facienda, 1437, *p.* 198.

150. Difpenfatio papalis conceffa Iohanni Wolf U.I.D. ut non promoveatur ad facros ordines per biennium, 1507, *p.* 199.

151. Appellatio ad fedem apoftolicam, *ibid.*

152. Epiftola regis Henrici ad collegium cardinalium ut Adam Moleyns fiat archiepifcopus Armachanus, data 18 Sept. anno regni 14, *p.* 204.

153. Epiftola ad epifcopum ——— ut interdictum contra illos qui Thomam Hophe fedis apoftolicæ nuncium ex Anglia veni-

venientem vi et armis ceperunt et captivum carceribus mancipa-runt, in diocesi sua observari faciat, *p.* 205.

154. Supplicatio Edwardi IV. ad papam ut resignationem Iohannis [Lowe] episcopi Roffensis admittat et Thoman Roth. [Rotheram] capellanum suum ad dictum episcopatum promoveat, 1470, *p.* 206.

155. Supplicatio Margeretæ reginæ [Henrici VI. uxoris] ad papam pro Nicholao Carent decano Wellen. ne ab Iohanne Delabere episcopo Menevensi vexaretur pro expensis litis olim inter eos existentis circa dictum decanatum, 1449, *p.* 207.

156. Epistola archiepiscopi Cantuar. ad papam, quod rex ei mandavit ut nihil attemptaret in decimis colligendis cum ipse oratores suos ad papam mitteret ad voluntatem suam hac de re exponendam, *p.* 208.

157. Supplicatio Edwardi IV. ad papam ut mitteret pileum rubrum cardinali Bouchier Cantuar. archiepiscopo, *ibid.*

158. Supplicatio episcopi Bathon. et Wellen. ad papam pro Iohanne Valence capellano suo, *p.* 209.

159. Supplicatio ——— pro eodem, *ibid.*

160. Epistola Pii papæ ad Edwardum IV. ut cardinalis Papin. habeat pensionem annuam quingentorum florenorum auri ex archidiaconatu ecclesiæ Cantuar. data 12 kalend. Maii, 1473, *p.* 210.

161. Supplicatio Henrici VI. ad papam pro Willelmo Bothe ut promoveatur ad episcopatum Lich. et Cov. 5 Apr. 1448, *p.* 211.

162. Supplicatio Margeretæ reginæ pro eodem, *p.* 212.

163. Supplicatio ejusdem pro translatione [Thomæ Bouchier] episcopi Eliensis ad sedem Cantuar. *p.* 213.

164. Supplicatio regis Henrici VI. pro eadem translatione, 1 Maii anno regni 33°. *ibid.*

165. Supplicatio Ricardi ducis Ebor. Angliæ protectoris pro eadem translatione 1 Maii, 1454, *p.* 214.

166. Petitio pro Thoma Wylkyns dioc. Norv. ut admittatur in fraternitatem hospitalis sancti Spiritus et ad omnes sacros ordines promoveatur, *p.* 215.

167. Epiſtola Henrici VI. ad papam in laudem et defenſionem [Gulielmi Waynfleet] epiſcopi Winton. data 8 Nov. 1460, *p.* 216.
168. Epiſtola Edwardi IV. ad papam in laudem et defenſionem Laurentii [Booth] epiſcopi Dunelm. *p.* 217.
169. Epiſtola [ut videtur Edwardi IV.] ad papam de ſua in regem Angliæ exaltatione, *p.* 218.
170. Supplicatio ejuſdem regis pro Thoma [Bouchier] archiepiſcopo Cantuar. ut fiat cardinalis 5 Aug. 1465, *p.* 219.
171. Epiſtola papæ ad regem quod brevi miſſurus eſt capellum cardinalatus ad prefatum archiepiſcopum, data 27 Junii, 1469, *p.* 220.
172. Epiſtola papæ ad cardinalem Cantuar. de eadem re, *ibid.*
173. Epiſtola papæ ad Marchionem Badon per Alſatiam gubernatorem ut brachium ſeculare extendat in eos qui excommunicati ſunt propter violentiam Thomæ Hophe oblatam, *p.* 221.
174. Commiſſio in partibus pro diſſolutione matrimonii inter Hadrianum Caſtell et Brigidam de Vulterris, 1489, *ibid.*
175. Bulla papalis epiſcopo Baſil directa ut ſententiam excommucationis contra eos qui Thomam Hophe in carcerem detruſerunt, &c. in dioceſi ſua publicari faciat, *p.* 222.
176. Alia bulla eidem epiſcopi directa ut prædictam ſententiam ab omnibus obſervari faciat, *p.* 223.
177. Bulla epiſcopo Conſtant. directa ut prædictam ſententiam in dioceſi ſua publicari faciat, 1470, *ibid.*
178. Epiſtola Pauli papæ II. ad Edwardum IV. ut Iohanni [Alcock] epiſcopo Roffenſi in poſſeſſione adipiſcenda dictæ eccleſiæ ſuæ aſſiſteret, data vi Junii anno pontificatus 6, *p.* 225.
179. Epiſtola papæ ad epiſcopum Bathon. et Wellen. ut duo beneficia in dioceſi ſua prædicto epiſcopo Roffenſi aſſignaret cum eodem epiſcopatu in commendam tenenda, *ibid.*
180. Epiſtola papæ ad epiſcopum Norwicenſem de eadem re, *ibid.* *Hic notatur Ioannem Alcock aliquamdiu fuiſſe ſuffraganeum epiſcopi Norwicenſis.*
181. Epiſtola papæ ad epiſcopum Lucen. nuntium ſuum in Anglia de

de rebus legationis ejus et de victoriis Turcarum in christianos, *p.* 226.

182. Epiſtola Pii papæ II. ad archiepiſcopum Ebor. de expeditione in Turcas, *p.* 227.

183. Epiſtola Pauli II. de eadem re, *p.* 228.

184. Commiſſio in partibus ad accipiendam reſignationem Iohannis [Chadworth] epiſcopi Lincoln. et aſſignand. ei congruam penſionem ex eodem epiſcopatu, et tractand. cum Edwardo [Storey] epiſcopo Carliol. ſucceſſore ejus deſignato de dilapidationibus, *p.* 229 et 233.

185. Epiſtola Pauli papæ ad Edwardum IV. de eadem ceſſione et tranſlatione, *p.* 231.

186. Epiſtola Pauli II. ad archiepiſcopum Cantuar. de decimis colligendis pro expeditione in Turcas, *ibid.*

187. Epiſtola ejuſdem ad regem de prædicta ceſſione Lincoln. epiſcopi, *p.* 232.

188. Epiſtola ——— ad cardinalem Bouchier archiepiſcopum Cantuar. de eo quod fecerat apud papam ſuper petitione capelli, *p.* 234.

189. Epiſtola Calixti papæ ad Henricum VI. quod vacante ſede Exon. Iohannem Halfe ad illam dignitatem promoverat, ſperans id regi gratum fore, et tametſi Georgius Nevil poſtea ſibi a rege fuerit commendatus, hortatur ut promotio jam facta nullo modo turbetur, *p.* 235.

190. Epiſtola ejuſdem ad reginam Margeretam de eadem re, *ibid.*

191. Alia epiſtola ad eandem circa hoc negotium, *p.* 236.

192. Duæ epiſtolæ preceptoris et totius ordinis hoſpitalis ſancti Spiritus in Saxia D'Orbe, quod cuſtodiam bonorum ſuorum laicis committere non poſſunt, *ibid.*

193. Alia epiſtola de hac re, *p.* 238.

194. Epiſtola papæ ad conſules oppidi Rotterwyle ut permittant Margeretum Keſmannyn jus ſuum proſequi coram commiſſariis a ſede apoſtolica deſignatis, data 3 Maii, 1471, *p.* 239.

195. Epiſtola ——— papæ ad Edwardum IV. de ſubſidio in Anglia exigendo pro expeditione in Turcas, data 26 Junii, 1469, *ibid.*

196. Epiſ-

196. Epiſtola ejuſdem ad cardinalem Cantuar. de eadem re, data 28 Junii, 1469, *p.* 240.
197. Epiſtola ejuſdem ad epiſcopum London. quod promoverat Willelmum Ruſſel ad canonicatum in eccleſia London. data 18 Oct. 1469, *ibid.*
198. Epiſtola Pauli II. ad Ebertrardum et Willelmum comites de Kirchberg, ne monaſterium S. Martini in Wiblingen amplius moleſtent vel injuriis afficiant, data 22 Maii, 1471, *p.* 241.
199. Ceremonia pilei rubri miſſi ad cardinalem Bouchier, *p.* 242.
200. Epiſtola Sixti IV. ad Edwardum IV. quod miſerat pileum rubrum ad cardinalem Cantuar. data 12 Feb. 1472, *ibid.*
201. Epiſtolæ gratulatoriæ diverſorum cardinalium ad cardinalem Cantuar. *ibid.*
202. Epiſtola Sixti IV. ad eundem quando pileum ei miſſit, data 16 Feb. 1472, *p.* 244.
203. Epiſtola ejuſdem ad epiſcopum Lincoln. ut ſolvat pecuniam debitam pro indulgentiis, data 8 Feb. 1472, *ibid.*
204. Procuratorium Roberti Pemberton filii naturalis Hugonis Pemberton mercatoris civitatis London. ad beneficium quodlibet accipiendum, 1497, *p.* 245.
205. Facultas eligendi confeſſoris conceſſa D. Iohanni Mortymer, *p.* 246.
206. Talis facultas conceſſa Thomæ Lovett et multis aliis, *p.* 247.
207. Commiſſio in partibus pro audienda et determinanda cauſa inter Oliverum Southworke, &c. *p.* 250.
208. Facultas eligendi confeſſoris conceſſa Iohanni Huſſey et multis aliis, *ibid.*
209. Forma juramenti Iohannis epiſcopi Carliol. *p.* 252.
210. Provinciale omnium epiſcopatuum in Europa, *p.* 261.
211. Carta prioris et conventus de Bradenſtoke teſtificans compoſitionem factam inter ſe et Adam de Sutton de mortuariis ſolvendis a tenentibus ejuſdem Adam, 1278, *p.* 271.
212. Taxationes pro bullis diverſarum formarum, *p.* 272.

CLXXI.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xv exaratus, injuria vero temporis valde mutilatus, et quaſi a muribus partim exeſus, continens,

Forduni Scotichronicon cum continuatione ~~Willelmi~~ Bower, lib. xvi.

Hic codex quatuor vel quinque habet illuminationes ſatis elegantes.

CLXXII.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, continens,

1. Martini Buceri annotationes in librum precum communium, *p.* 1.
   Exemplar autographum ſcriptum A. D. 1551.
   Inſcribitur ſed diverſa manu ad epiſcopum Elienſem.
2. Prefationem cum poſitionibus Iohannis Skypp [poſtea epiſcopi Herefordenſis] in queſtiones diſputatas in comitiis A. D. 1533, *p.* 125.

CLXXIII.

Codex membranaceus et antiquus in fol. minor. partim Saxonice partim Latine ſcriptus, diverſis temporibus, diverſis manibus, in quo continentur,

1. Annales Saxonici (ſive chronicon Saxonicum) eccleſiæ Chriſti Cantuariæ circa annum Domini 891 exarati; *nam ad hunc annum omnia una eadem antiqua manu, Ælfredi regis temporibus ſatis convenienti ſcribuntur. Ab anno* 881 *uſque ad annum* 923 *res geſtæ aliis quibuſdam manibus æque antiquis exaratæ traduntur. Ab anno* 924 *uſque ad annum* 1075 *continuatur chronicon diverſis manibus ſcriptum. Quod oſtendit hunc codicem eſſe autographon, nequaquam ad aliorum codicum fidem deſcriptum.*
   p. 63. *Res geſtæ a Lanfranco archiepiſcopo ab adventu ejus in Angliam uſque ad mortem ejus Latine.*
2. Leges Ælfredi regis, in quibus recitantur leges Inæ regis Weſt-Saxonicūm, *Saxonice manu æque antiqua ac annales Saxonici ſcriptæ.*
3. Nomina pontificum Romanorum, archiepiſcoporum Dorobern. &c.

Hæc

CLXXI.] *Vet. Cat.* F. 9. *MSS. Angl.* 1338--62.
CLXXII.] *Vet. Cat.* Miſc. 17.
CLXXIII.] *Vet. Cat.* S. 11. *MSS. Angl.* 1536—269.

Hæc excipit tractatus Latine, Saxonicis antiquioribus et (ut ita dicam) curſoriis et obſcurioribus litteris ſcriptus, viz.

4. Sedulii preſbiteri hymni de Chriſto cum vaticiniis ejuſdem.

CLXXIV.

A parchment book in 4to. written in the xv century, containing

A chronicle in old Engliſh from the firſt inhabiting of this iſland to the death of Edward III.

This chronicle appears to me from the beginning of it to be that which goes under the name of Caxton from its having been publiſhed by him.

CLXXV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, cui titulus manu neoterica inſcriptus Chronica Walteri Coventrenſis; *in eo autem continentur,*

1. Tituli cardinalium cum brevi deſcriptione eorum officii.
2. Hiſtoria Britonum per compendium, *fol.* 1.
   Huic hiſtoriæ prefixæ ſunt Angliæ emenſuratio et recenſio ſeptem regnorum Heptarchiæ, *illa Gallice, hæc Latine.*
   Ipſa hiſtoria incipit "Britannia inſularum optima inter Galliam," et ex Galfredo Monumetenſi ſatis inſcite et jejuniter compilata videtur: mores enim ſui ſeculi ad priſtinum hoc tempus tranſtulit autor imperitus, et loquitur de parliamento, baronibus, comitibus, et homagio feudali apud Britonas.
3. Nomina regum Angliæ et chronica Saxonum.
   In hoc chronico deducitur hiſtoria Angliæ uſque ad Edwardum I. ſed ita raptim ut binis ſaltem conſtet foliis.
   Incipit, "Adelſtanus fuit primus rex de Saxonibus in Anglia qui regnavit poſt Chadwalladum ultimum regem Britonum; ipſe vero Eymunderneſſe quam a paganis emerat in perpetuam elemoſinam eccleſiæ S. Petri Ebor. dedit."
4. Privilegium eccleſiæ S. Petri Ebor. ſive epiſtola Gregorii papæ ad Auguſtinum de ordinatione epiſcopi Ebor. qui habeat pallium et jus metropolit.

5. Chro-

CLXXIV.] *Vet. Cat.* F. 7. *MSS. Angl.* 1339--63.
CLXXV.] *Vet. Cat.* I. 11. *MSS. Angl.* 1378—101.

5. Chronica regum Northumbriæ et archiepiſcoporum Ebor. *fol.* 5. *Continet hiſtoriam eccleſiaſticam iſtius provinciæ a Paulino ad Thurſtanum compendioſe in uno folio ſcriptam.*
6. Quædam de conqueſtu Hyberniæ et jure regis Angliæ in Scotos, *fol.* 6.
7. Prophetiæ Sybillæ et Merlini.
Precedentia hæc chronica non Gualtero Coventrenſi (ſi ipſe demum ſubſequentium autor ſit habendus) ſed potius anonymo cuidam monacho ſani S. Petri apud Eboracenſes adſcribenda videntur, uti ſatis liquet ex donatione cujus ſit mentio in initio chronici Anglo-Saxonum, chartaque et hiſtoriis quæ illud excipiunt. Nec vero abſimile videtur hoſce quaterniones codici fuiſſe poſtea inſertos, nam etſi caractere reliquis ſimili exarentur, magna tamen cernitur literarum initialium varietas, quæ in illis ſimplici forma ſine ornamento rubro atramento delineantur, in reliquo autem codice multo ſunt ornatiores et diverſis coloribus pictæ.
8. Annales Angliæ per Walterum Coventrenſem.
Titulus hic neotericus ex inſcriptione ad imum hujus paginæ deſumptus videtur, quæ ita ſe habet " *Memoriale fratris Walteri de Coventr*" *et quæ* " *manu diverſa et recentiori ſcripta*" *ut placuit Cl. Tannero* " *innuit hoc potius donum fuiſſe Gualteri quam ſcriptum.*" *De hac controverſia aliorum ſit judicium, inſcriptio ipſa reliquo codici haud multo recentior mihi videtur; et opus hoc Waltero olim fuiſſe adſcriptum probat titulus deformi manu (ſeculo xv, ſi conjecturis uti liceat) in folio rejectitio ad finem codicis exaratus.*
In annalibus ad finem anni 1154 " *Explicit chronica Mariani,*" *et ſimiliter ad finem anni* 1201 " *Explicunt chronica Rogeri Hovedene.*" *Incipiunt* " *Romanorum nonageſimus tertius*" *et continent hiſtoriam Angliæ ab anno* $\frac{1025}{1003}$ *ad annum* 1225.

CLXXVI.

Codex typis impreſſus in folio, in quo continentur,
1. Ælfredi regis res geſtæ, autore Aſſerio Menevenſi; *typis Saxonicis.*

2. Hiſt-

8.] *Vide* CX. 7.
CLXXVI.] *Vet. Cat.* K. 7. *MSS. Angl.* 1389--112.

2. Hiſtoria brevis Thomæ Walſingham, Londini 1574.
3. Ejuſdem Ypodigma Neuſtriæ, Londini 1574.

CLXXVII.

Codex partim membranaceus partim chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continentur,

1. Liber de moribus hominum et officiis virorum nobilium ſuper ludum ſchacorum quem compoſuit frater Iacobus de Ceſell [de Caſulis] de ordine predicatorum, *fol.* 1.
2. Tabula [ſive index] in tractatum precedentem, *fol.* 49.
3. Modus et ſcientia ludi ſcaccorum, *verſibus rithmicis*, *fol.* 50.
4. Quædam moralitas de ſcaccario per dominum Innocentium papam, *ibid.*
5. Epiſtola beati Bernardi ſuper re familiari gubernanda ad Raymundum gratioſum et felicem militem, *fol.* 51.
6. De diſpenſatione domus, *fol.* 52.
7. Quædam narrationes devotæ, *fol.* 53.
8. Martinus [Braccarenſis] de quatuor virtutibus, *fol.* 74.
9. Seneca de inſtitutione morum, *fol.* 75.
10. Hiſtoria ſive fabula de nobili marchione Walterio domino terræ Saluciarum, quomodo duxit in uxorem Griſildem pauperculam, et ejus conſtantiam et patientiam mirabiliter et acriter comprobavit; quam de vulgari ſermone Saluciarum in Latinum tranſtulit D. Franciſcus Petrarcha, *fol.* 76.
11. Tractatus B. Ambroſii archiepiſcopi de honeſtis et juſtis moribus, *fol.* 80.
12. Meditatio Anſelmi, unde vivat anima, et unde vivat caro, et de gloria bonæ animæ et de infelicitate malæ animæ quando exeunt a corpore, *fol.* 81.
13. Meditationes B. Anſelmi, *ibid.*

14. Ex-

CLXXVII.] *Vet. Cat.* H. 4. *MSS. Angl.* 1362—85.
8.] *Vide* CCCCXLI. 15. CCCCXXX. 1.
9.] *Vide* CCCXVI. 17. CCCCXLI. 13.
10.] *Vide* CCLXXV. 14. CCCCLVIII. 3.
13.] *Vide* CLIV. 23. CLV. 15. CCLXXXIV. 1. LXIII. 1.

14. Excerptum B. Hieronimi de libro Aurelii Theophrasti, *fol.* 83.
15. Augustinus de ebrietate, *fol.* 84.
16. Seneca de ebrietate, *fol.* 85.
17. Augustinus de honestate mulierum, *ibid.*
18. ——— de XII abusionibus, *fol.* 86.
19. Hugo de Filiotto prior. canonicorum S. Laurentii in pago Ambianensi de XII abusionibus claustri, *fol.* 90.
20. Vita B. Thomæ archiepiscopi et martiris a Iohanne Grandesono episcopo Exon. *penitus excisa prima et ultima pagina exceptis, fol.* 103.
21. Quoddam miraculum S. Augustini Anglorum apostoli, *fol.* 121.

* * *hic desunt folia xxv* * *

22. Iohannes Gallensis de ordine fratrum minorum, de virtutibus antiquorum *(fragmentum,) fol.* 146.
23. Epistola B. Augustini ad Cirillum de apparitione B. Ieronimi, *fol.* 158.
24. Epistola Cirilli Ierosolomitani episcopi ad Augustinum Hipponensem episcopum de miraculis B. Ieronimi, *fol.* 161.
25. Compendium Mag. Petri Blessensis super librum Job, *fol.* 170.
26. Ricardus Ullerston, sacræ paginæ professor de officio militari ad regem Henricum V. tunc principem Walliæ, *fol.* 179.
27. Petrus Blessensis de transfiguratione Domini, *fol.* 184.
28. ——— de conversione S. Pauli, *fol.* 186.
29. Expositio epistolæ Valerii ad Ruffinum de uxore non ducenda, *fol.* 188.
30. Andreas episcopus de schismatibus quæ fuerunt a fundatione ecclesiæ ad annum Domini 1415, *fol.* 194.

* * * *versibus rithmicis* * * *

31. Dis-

15.] *Vide* CCCXLIV. 17.
18.] *Vide* CVII. 12. CLIV. 33. CCCXLIV. 5.
20.] *Vide* CCLXXV. 17. CCCCLXIV. 1. CCCLXVII.
25.] *Vide* CLXXIX. 1. CCCCLI. 7.
28.] *Vide* CXCIV. 1.
29.] *Vide* CVII. 1. CCCCXIV. 5.

31. Disputatio inter vinum et aquam, *fol.* 196.
32. Ludus fortuitorum sive fatorum, *fol.* 197.
33. Disputatio inter mundum et religionem, *fol.* 198.
34. Virtutes et effectus crucis denarii, *fol.* 201.
35. Disputatio inter corpus et animam, *fol.* 202.
36. Fabulæ Æsopi, *fol.* 204.

* * * * * *

37. Quomodo Anglia fuit primo inhabitata, *fol.* 206.
38. Chronica bona et compendiosa de regibus Angliæ a Noe usque ad hunc diem, [1367,] *fol.* 207.
39. Catalogus pontificum Romanorum, *fol.* 213.
40. ——— sanctorum regum in Anglia, *fol.* 214.
41. Nomina [eorum] quorum ope et auxilio dux Willelmus conquestor terram Angliæ conquisivit A. D. 1066, *fol.* 214
42. Causa exilii et martirii B. Thomæ martiris et pontificis Cantuar. *ibid.*
43. Dialogus Mag. Hugonis Parisiensis, *fol.* 215.
44. Compendium Gaufridii [monachi] de sacra eucharistia, *fol.* 224. "*Hic Gaufridius ut apparet ex chronicis D. Antonini fuit primo* "*discipulus cujusdam Petri Abelardi, quo cum D. Bernardus con-* "*flictabat, et idem postea relicto heretico ad Bernardum perfugit,* "*cujus erat diu notarius, qui postea scriptis redarguebat preceptorem* "*hereticum: vixit A. D.* 1144."
45. Elucidarium, *opus Anselmo vulgo attributum.*
46. De interpretatione nominum apostolorum, *fol.* 245.

* * * *versibus rithmicis* * * *

47. De vanitate et brevitate mundanæ gloriæ, *fol.* 245.
48. Disputatio inter cor et oculum.
49. Lamentatio et deploratio pro morte, et concilium de vivere Deo, *fol.* 246.
50. De miseria et defectibus senectutis.

51. De

38.] *Vide* XXI. 2.
44.] *Vide* CCCXXXI. 2.
45.] *Vide* CCCCXXXIX. 4. CCCVIII. 2.

51. De etatibus hominis per M. Ph. Eton.

* * * * * *

52. Speculum peccatoris sancti Augustini, *fol.* 247.
53. Tractatus de regimine sanitatis, *fol.* 254.
54. Quomodo gradus sunt distinguendi, *fol.* 259.
55. Liber de conservatione corporis humani et regimine sanitatis sapientissimi senis Arabici Albenzohar translatus ab Arnaldo de Villa Nova A.D. 1368. *fol.* 261.
56. Flos medicinæ, *versibus rithmicis*, *fol.* 265.

CLXXVIII.

Codex membranaceus in folio minor. duabus constans partibus, in quarum priore continetur,

1. Homeliarum Saxonicarum tomus secundus.

Pars posterior vetustiore manu scripta continet,

2. Regulam S. Benedicti, *Latine et Saxonice.*

CLXXIX.

Codex chartaceus in 4to, *seculo xv scriptus, in quo continentur,*

1. Tractatus super Job directus regi Angliæ per Petrum Blessensem.
2. De omnibus Sibillis et nominibus earum, et de origine et de patria et de actibus earum a diebus Alexandri Magni.
3. Narratio ex libro qui Græce vocatur Iuda, &c. de Theodosio quodam Iudeorum principe.
4. Collectanea ex diversis autoribus de virgine Maria, &c.
5. De gestis et translationibus trium regum Magorum.

CLXXX.

Codex membranaceus in folio minor. seculo xv scriptus, in quo continentur,

1. Ri-

52.] *Vide* CXXXVII. 9.
56.] *Vide* CCCXXIV. 10.
CLXXVIII.] *Vet. Cat.* S. 6. *MSS. Angl.* 1543--276.
2.] *Vide* LVII. CCCLXVIII.
CLXXIX.] *Vet. Cat.* K. 1. *MSS. Angl.* 1383—106.
1.] *Vide* CLXXVII. 25. CCCCLI. 7.
CLXXX.] *Vet. Cat.* L. 16. *MSS. Angl.* 1415--138.

1. Richardi Fitz-rauf archiepiscopi Armachani de pauperie servatoris, lib. vii.

   Ad initium depingitur effigies autoris, et in margine quatuor fratres quorum humeris assident demones illos amplectentes et imo mento percutientes.

   Ad finem hujus tractatus, "Liber domini Adæ Estone monachi Norwicensis."

2. Idem de mendicitate fratrum et eorum privilegiis.

   Hic tractatus ubique inscribitur liber nonus.

CLXXXI.

Codex membranaceus in folio, seculo xv scriptus, in quo continentur,

1. Gulielmi Gemiticensis de ducibus Normannorum cum continuatione incerti autoris ad annum 1271, lib. ix, *p.* 1.
2. Historia brevis Angliæ a morte Gulielmi I. ad annum 1239, *p.* 207.
3. Vita et conversatio excellentissimi principis D. Karoli magni quondam imperatoris et regis Franciæ, *p.* 217.
4. Historia Franciæ ab Antenore ad annum 1137, *p.* 236.
5. La pes et lordenance fete entre excellenz princes Loys roi de France et Henri roi d'Engleterre, *p.* 262.
6. Bulla Gregorii papæ de morte Henrici de Alemannia filii Ricardi imperatoris electi contra Simonem et Guidonem de Monteforti occisores cum eorum excusationibus et condemnatione, *p.* 265.
7. Bulla Ioannis papæ data A. D. 1326, pro pace concilianda inter reges Franciæ et Angliæ, *p.* 274.
8. Iohannis de Plano-carpini ordinis fratrum minorum A. S. in partibus orient. nuncii historia Mongalorum quos nos Tartaros appellamus, *p.* 279.
9. Itinerarium Willelmi de Rubruc ad partes orientales.

CLXXXII. *Codex*

1.] *Vide* CIII. 15. CCCLXXXII.

CLXXXI.] *Vet. Cat.* F. 8. *MSS. Angl.* 1337—61.

9.] *Vide* LXVI. 10. CCCCVII. 2.

CLXXXII.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xv ſcriptus, continens,*
Brute of Englonde or the cronicles of Englonde.
Continet hiſtoriam Angliæ a Bruto ad annum 7 *Hen. V.*

CLXXXIII.

Codex membranaceus in 4to, *vetuſtioribus literis Saxonicis Latine ſcriptus, in quo continentur,*

1. Liber Bedæ preſbiteri de vita et miraculis S. Cuthberti.
   Hunc tractatum excipiunt plurimi catalogi regum et pontificum, *viz.*
   (1) Pontificum ſedis apoſtolicæ.
   (2) Septuaginta duorum diſcipulorum Chriſti.
   (3) Archiepiſcoporum Dorobernenſis eccleſiæ.
   (4) Epiſcoporum Hrofenſis eccleſiæ.
   (5) ——————— Horientalium Saxonum.
   (6) ——————— Auſtralium Saxonum.
   (7) ——————— Occidentalium Saxonum et Wentanæ civitatis.
   (8) ——————— Sciréburnenſis eccleſiæ.
   (9) ——————— Wellenſis eccleſiæ.
   (10) ——————— Cridienſis eccleſiæ.
   (11) ——————— Hwicciorum poſt Seaxwulfum.
   (12) ——————— provinciæ Merciorum.
   (13) Archiepiſcoporum Eboracenſium.
   (14) Genealogiæ regum Brittanniæ regnantium in diverſis locis.
   Poſt hæc ſequitur expoſitio vocum minus uſitatarum quæ in ſequenti libello occurrunt; *cujus titulus.*
2. Liber de miraculis ſancti Cuthberti epiſcopi, *verſu.*
   Ad finem codicis,
3. Miſſa et officium S. Cuthberti.

CLXXXIV. *Codex*

CLXXXII.] *Vet. Cat.* D. 6. *MSS. Angl.* 1313—37.
CLXXXIII.] *Vet Cat.* D. 5. *MSS. Angl.* 1637—370.

CLXXXIV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii ſcriptus, in quo continetur,

Euſebii Cæſarienſis hiſtoria eccleſiaſtica, lib. ix. cum continuatione Ruffini, lib. ii.

Imo primi folii inſcribitur " *Hiſtoria eccleſiaſtica per Ricardum monachum.*

CLXXXV.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, continens,

Martini Buceri conſilium theologicum, in cujuſdam viri gratiam privatim conſcriptum anno 1541, quo autoritate ſacrarum literarum oſtenderet an et quatenus chriſtiani in eccleſiis pontificia tyrannide adhuc preſſis degentes, illarum ritibus et peractionibus communicare poſſint, quis quoque uniuſcujuſque ritus ſit fons verus uſus et abuſus.

CLXXXVI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

1. Diſtinctiones verſificatæ, lib. x.
2. Numerale Gulielmi de Montibus.

CLXXXVII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii ſcriptus, in quo continetur,

Euſebii Cæſarienſis hiſtoria eccleſiaſtica, lib. ix. ex verſione Ruffini cum continuatione ejuſdem, lib. ii.

CLXXXVIII.

Codex membranaceus in folio minor. longe ante conquiſitionem Angliæ exaratus, in quo continetur,

Homeliarum Saxonicarum tomus tertius.

CLXXXIX. *Codex*

CLXXXIV.] *Vet. Cat.* Sub. D. 3. *MSS. Angl.* 1628—361.
CLXXXIV.] *Vide* CLXXXVII.
CLXXXV.] *Vet. Cat.* Miſc. 16.
CLXXXVI.] *Vet. Cat.* P. 22. *MSS. Angl.* 1516--249.
CLXXXVII.] *Vet. Cat.* A. 3. *MSS. Angl.* 1279--3.
CLXXXVII.] *Vide* CLXXXIV.
CLXXXVIII.] *Vet Cat.* S. 7. *MSS. Angl.* 1533—266.

CLXXXIX.

Codex membranaceus in folio, seculo xiv scriptus, in quo continentur,

1. Custodes prolorum super coster. maris in com. Kant. XIII die Augusti anno regis Edwardi tertii XLIIII^to^.
2. Expositio cujusdam usagii in com. Kant. quod dicitur Gavelate.
3. Pensio ecclesiæ de Sibertesewalde solv. per abbatiam sanctæ Radegundis.
4. Dimissio omnium ecclesiarum monasterii sanctæ Augustini facta per dom. Simonem Langhamne archiepiscopum Cantuar. 18 Apr. 1368.
5. Protestatio Wilhelmi Courtenay archiepiscopi Cantuar. ne ingressus suus monasterii privilegiis deroget vel præjudicet in futurum.
6. Chronologia quædam ab orbe condito ad annum 1378.
7. Historia Britanniæ a prima antiquitate ad mortem Edwardi III.
8. Constitutio Innocentii papæ de capitulis ordinis S. Benedicti celebrandis.
9. Fragmentum cujusdam historiæ Angliæ et Scotiæ.
10. Constitutiones archiepiscopales de eis quæ parochiani tenentur invenire in ecclesiis; et de decimis per ecclesiarum rectores a suis parochianis petendis.
11. De venditione et decimis lanæ.
12. Terra monasterii S. Augustini mensurata.
13. Comitatus Angliæ, et castella abbatiæ et prioratus in quolibet comitatu.
14. Litera Bonifacii papæ missa Ethelberto de prima fundatione ecclesiæ Christi.
15. Chronica fratris Wilhelmi Thorne, cui subnectuntur evidentiæ donationum ecclesiæ Christi Cantuar.

" *Hic liber primo mutuatus a Mag. Thoma Twyne, sed postea datus*
" *fuit Mattheo Cantuar. per Mag. — Bracher (cum aliis quibus-*
" *dam*

CLXXXIX.] *Vet. Cat.* G. 7. *MSS. Angl.* 1344—67.

" *dam libris) quondam monachum S. Aug. qui fuit confeſſor in aula*
" *regia et verus poſſeſſor hujus libri.*"

CXC.

Codex membranaceus in folio, minor. quondam Exonienſis eccleſiæ cui ut videtur a Leofrico epiſcopo donatus fuit, qui illum ſic inſcripſit Scpiꝼꞇ boc on Englıſc, *in quo plurima continentur opuſcula tam Latine quam Saxonice ſcripta ſequenti ordine,*

1. *In folio rejectitio,* Hymnus cum notis muſicis, *et ad imum hujus folii manu neoterica hæc inſcriptio,*
2. " Penitentiale Theodori archiepiſcopi,"

Hoc folium excipit index eadem antiqua manu exaratus ac codex, quem lectoris in gratiam exſcribere non ſum gravatus, quo facilior fiat comparatio hujus codicis cum aliis ejuſdem generis.

" INCIPIUNT CAPITULA DE INITIIS CREATURÆ."

In codice ſub hoc titulo continentur, " I. De initio creaturæ, id eſt
" hiſtoria creationis ex libro Geneſeos et decem precepta. II.
" Precepta legalia ex libro Levitici. III. Dogmata evangelica
" ſecundum Mattheum. IV. ſecundum Marcum. V. ſecun-
" dum Lucam. VI. ſecundum Ioannem."

" I. Qualiter apud orientales provincias Germaniæ atque Saxo-
" niæ pro diverſis criminibus penitentiæ obſervatur modus.
" II. De temperantia penitentium.
" III. De diverſis homicidis.
" IV. Item de penitentia.
" V. De penitentibus ut a preſbiteris non reconcilientur, niſi
" precipiente epiſcopo, ex concilio Affricano.
" VI. Item ex concilio Cartaginenſi de eadem re.
" VII. Item de capitalibus criminibus.
" INCIPIUNT CAPITULA DE PENITENTIUM [judiciis.]
" I. De inani gloria.
" II. De invidia.
" III. De ira.

" IV. De

CXC.] *Vet. Cat.* I. 4. *MSS. Angl.* 1410--133.

" IV. De triftitia feculi.
" V. De avaritia.
" VI. De ventris ingluvie.
" VII. De luxuria.
" VIII. De fornicatione laicorum.
" IX. De obfervatione conjugatorum.
" X. De fornicatione clericorum five fanctimonialium.
" XI. De adulterio.
" XII. De inceftuofis.
" XIII. De homicidis.
" XIV. De falfo teftimonio et mendacio.
" XV. De furto et incendio et fepulchorum violatoribus.
" XVI. De perjurio.
" XVII. De rapina et ufura et qui hofpites non recipit et man-
" data evangelica non implet.
" XVIII. De ebrietate et vomitu.
" XIX. De idolatria et facrilegio et qui Angelos colunt et male-
" ficos ariolos veneficos fortilegos divinos et vota red-
" dentes nifi ad ecclefiam Dei et in kalendas Jan. in cer-
" vulo et in vetula vadit, et mathematicos et emiffores
" tempeftatum.
" XX. De fodomitis et mollibus et immundis pollutionibus.
" XXI. De maledictione et detractione.
" XXII. De communione hereticorum.
" XXIII. De difcretione ciborum mundis et immundis.
" XXIV. De his qui ecclefiaftica jejunia abfque neceffitate diffol-
" vunt et de his qui venationes exercent.
" XXV. De otiofitate et verbofitate et fompnolentia.
" XXVI. De inobedientia et blafphemia.
" XXVII. De cogitationibus malis.
" XXVIII. De verbo otiofo.
" XXIX. De curiofitate.
" XXX. De baptifmo reiterato et de opere die dominico et qui
" die dominico jejunant.
" XXXI. De negligentia euchariftiæ.

" XXXII. De negligentia novi ac ſanctificati panis, ſive de aliis
" creaturis.
" XXXIII. De reconciliatione penitentium.
" XXXIV. De communione judeorum vel gentilium.
" XXXV. De preſbiteris qui morientibus penitentiam denegant
" et qui infirmos non baptizant.
" XXXVI. Quod Græci ſingulis dominicis communicent.
" XXXVII. De commemoratione defunctorum vel de miſſa pro
" eis, et cur III. VII vel XXX anniverſarius dies
" celebretur.
" XXXVIII. De ritu mulierum in eccleſia.
" XXXIX. De eccleſia in qua mortuorum cadavera fidelium ſive
" infidelium ſepeliuntur.
" XL. De reliquiis ſanctorum vel ritu ſacerdotum et diacono-
" rum laicorumque in eccleſia.
" XLI. Quod nulli ſit ultima penitentia deneganda.
" XLII. De his qui morientibus penitentiam denegant.
" XLIII. De penitentiarum diverſitate.
" XLIV. De reconciliatione.
" XLV. De clericis ſive de eccleſiaſticis ordinibus.
" XLVI. De diverſitate ordinum.
" XLVII. De electione ſacerdotalium ordinum.
" XLVIII. Item de electione.
" XLIX. Item canon ſanctorum de electione epiſcoporum.
" L. Si epiſcopus a metropolitano admonitus pro ſinodo vel
" ordinatione epiſcopali venire diſtulerit, ex concilio Aga-
" tenſi.
" LI. De ordinatione archiepiſcopi.
" LII. De electione indignorum, canon ſanctorum.
" LIII. Ex concilio Calcidonenſi titulo ſecundo quod non de-
" beant officia eccleſiaſtica per pecunias ordinari.
" LIV. De lapſis graduum.
" LV. De accuſationibus et excuſationibus.
" LVI. Gregorius Iohanni defenſori, qualiter de epiſcopo Ja-
" nuario obſervandum ſit, ſive de aliis epiſcopis injuſte
" condempnatis.

" LVII. De

" LVII. De juramentis epifcoporum.
" LVIII. De vexatione epifcoporum.

Maxima pars hujus capituli et fex reliqua defiderantur, viz.
" LIX. *De paftore et predicatore.* LX. *Verba Ezechielis prophetæ.*
" LXI. *Item de paftore.* LXII. *De epifcopis et prefbiteris.* LXIII.
" *De cotidianis operibus epifcoporum.* LXIV. *Auguftinus Aureli-*
" *enfis epifcopus dicit.*"

3. "INCIPIUNT CAPITULA DE CANONIBUS."
Rubricæ horum canonum omittuntur; in codice vero penitentiale Theodori excipit collectio canonum, quæ tamen mihi videtur pars fubfequentis operis, concordat enim cum illa collectione quam edidit Wilkins fub titulo excerptionum ex canonibus.

4. INCIPIUNT [CAPITULA DE SACE]RDOTALI JURE EGCBERTI ARCHIEPISCOPI.
Defunt XXV priora capitula, quorum rubricæ fubfequuntur,
" I. *Item canon fanctorum.* II. *De regula canonicorum.* III. *De*
" *regula omnium chriftianorum.* IV. *Item.* V. *De quatuor prin-*
" *cipalibus fynodis.* VI. *De fynodali conventu.* VII. *De penitentibus.*
" VIII. *De epifcoporum miniftris.* IX. *De excommunicatis.* X.
" *Item de fynodis epifcoporum.* XI. *De excommunicatis ex concilio*
" *Antioceno.* XII. *Item contra fanctæ Dei ecclefiæ inimicos.* XIII.
" *De excommunicatione contra contemptores legis Dei et inimicos*
" *fanctæ Dei ecclefiæ.* XIV. *De his qui poft excommunicationem*
" *cum luctu penitentiæ ad reconciliationem veniunt.* XV. *de fcele-*
" *ratis et publice contaminatis.* XVI. *Item exemplum levioris peni-*
" *tentiæ.* XVII. *Excerptiones de libris canonicis.* XVIII. *De*
" *humilitate et dignitate paftorum.* XIX. *De timore humano.* XX.
" *De inftitutione patrum. Karolus de reftauratione ecclefiarum.* XXI.
" *De fabbato.* XXII. *De his qui morientibus penitentiam denegant.*
" XXIII. *De cena Domini.* XXIV. *De confecratione crifmatis.*
" XXV. *Ut ab alterius epifcopo nullus crifma accipiat.*
" XXVI. De conjugio.
" XXVII. De legitimo conjugio.
" XXVIII. De matrimonio fervulorum.
" XXIX. De concubinis.

" XXX. Leonis

" XXX. Leonis papæ ad Rufticum Narbonenfem epifcopum
" quod aliud fit uxor, aliud concubina; nec erret
" quifque fi filiam fuam in matrimonium concubinam
" habenti tradiderit.
" XXXI. De inceftis conjunctionis.
" XXXII. De thoro fratris defuncti.
" XXXIII. De conjugio antiquo.
" XXXIV. De fchematibus.

Hic interferuntur in codice manu paulo neoterica,

5. Ex decretis fancti Gelafii papæ.
6. Carmina quædam five exorcifmi contra pecudes fafcinatas, Saxonice.
7. Quædam ex decretis S. Leonis papæ et Theodori archiepifcopi.
8. De eo quod non judicandi funt clerici a laicis, fed laici a clericis judicandi funt in hiftoria ecclefiaftica.
9. Ut nullus accufati fedem ufurpet epifcopi.

" XXXV. De confanguineis.
" XXXVI. De tonfura.
" XXXVII. De militia et victoria chriftianorum.
" XXXVIII. De exhortatione.
" XXXIX. De captivitate Judeorum.
" XL. De interitu Britonum.
" XLI. De Anglis.
" XLII. De predatione Nordanimbrorum.
" XLIII. De tribulationibus.
" XLIV. De officio miffæ.
" XLV. De collecta.
" XLVI. De lectione.
" XLVII. De Gradale.
" XLVIII. De Alleluia.
" XLIX. De offertorio.
" L. De hymno quod eft fanctus.
" LI. De Agnus Dei.
" LII. De matutino officio.
" LIII. De tertia hora.

" LIV. De

" LIV. De VI hora.
" LV. De nativitate Domini.
" LVI. De nona hora.
" LVII. De vefpertino officio.
" LVIII. De epyphania.
" LIX. De feptuagefima.
" LX. De fexagefima.
" LXI. De quinquagefima.
Hic interferitur,
10. Sermo [Ælfrici] ad facerdotes.
" LXII. De baptifmum.
" LXIII. De catecuminum.
" LXIV. De officio et minifterio miffæ.
" LXV. De Eadmonitione.
In codice habet rubrica, " *admonitio fpiritualis doctrinæ ; admonitio* " *epifcoporum utilis.*"
Hofce tractatus five canones excipiunt,
11. Epiftola Albini levitæ ad Æthelhardum archiepifcopum.
12. Epiftola Albini ad Eanbaldum archiepifcopum.
" LXVI. De doctrina et exemplis prepofitorum.
" LXVII. De his qui bene docent et male vivunt.
" LXVIII. De exemplis pravorum facerdotum.
" LXIX. de paftoribus facerdotum.
Hic interferitur,
13. Sermo [Æfrici] epifcopi ad clericos.
" LXX. De VII ecclefiafticis gradibus.
" LXXI. De officiis diurnalium five nocturnalium.
" LXXII. De nocturnali celebritate.
" LXXIII. De ceteris legitimis orationibus.
" LXXIV. De ordine librorum.
" LXXV. De ecclefiaftica confuetudine.

" LXXVI. De

10.] *Vide* infra 19. et CCLXV. 11.
11.] *Vide* CCLXV. 3.
12.] *ibid* 4.
13.] *Vide* CCLXV. 10.

" LXXVI. De natale Domini.
" LXXVII. De purificatione.
" LXXVIII. De ſeptuageſima.
" LXXIX. De capite jejunii.
" LXXX. De die palmarum.
" LXXXI. De cena Domini.
" LXXXII. De paraſceve.
" LXXXIII. De ſabbato ſancto.
" LXXXIV. De die ſancto paſchæ.
" LXXXV. De pentecoſte.
" LXXXVI. De jejunio quatuor tempora.
" LXXXVII. De penitentia communi.
" LXXXVIII. De excommunicatione.
" LXXXIX. De eccleſiaſticis officiis.
" XC. De extinctione luminum.
" XCI. De quatuor tempora qualiter agantur.
" XCII. De inceſtuoſis et homicidis.
" XCIII. De excommunicatis qui inviti ad penitentiam agantur.
" XCIV.
" XCV. De improviſo judicio ſeculari.
" XCVI. De excommunicato pro capitali crimine.
" XCVII. De confeſſione et penitentiarum actione.
" XCVIII. De quarta feria qualiter in capite jejunii circa peni-
" tentes agatur.
" XCIX. De penitentibus qualiter in cena Domini in eccleſiam
" introducuntur."

14. " INCIPIUNT CAP. DE LIBRO SCINTILLARUM."
Omiſſis rubricis horum capitulorum numero LXXII, *veniamus ad cætera hujus codicis contenta, quorum nulla fit mentio in indice.*

15. Epiſtola Adſonis monachi ad Gerbergam reginam de antichriſto.

* * *manu recentiori* * *

16. Capitula concilii celebrati apud Wintoniam.

17. Ca-

14.] *Vide* CCCXXXVII. 4.

17. Capitula concilii celebrati apud Windlesoram in Pentecosten.
18. De penitentia in bello homines occidentium.

* * * * * *

19. Epistola de canonibus *Saxonice* [scilicet Ælfrici ad sacerdotes] cui premissa est epistola nuncupatoria ad Wulfinum episcopum, *Latine et manu recenti.*
20. Homelia Saxonica.
21. De ecclesiasticis gradibus, *Saxonice.*
22. Prologus venerabilis Ælfrici abbatis ad Wulstanum archiepiscopum, *Latine.*
23. Prima epistola Anglice exposita.
24. Secunda epistola quando dividis crismam.
25. Sermo in cena Domini, et VI feria et sabbato sancto, *Saxonice.*
26. De officio missæ in vigilia pascæ, *Saxonice.*
27. Sermo in capite jejunii, *Saxonice.*
28. Sermo in cena Domini ad penitentes, *Saxonice.*
29. Invectivum in damnantes conjugia sacerdotum.
Hæc opuscula excipit
30. Liber confessionalis Ecgberti Eboracensis archiepiscopi, *Saxonice, qui olim ex se conficiebat unum volumen; quod tandem vero una cum aliis diversis tractatibus in hunc librum compingebatur.*

CXCI.

Codex membranaceus in fol. minor. circiter tempus conquisitionis Angliæ scriptus, ac olim Exoniensis ecclesiæ peculium, in quo habetur,

Collectio canonum ecclesiasticorum, *Latine et Saxonice.*

Ex rubricis horum canonum constat, hunc codicem haud continere canones Nicæni concilii, ut docti nonnulli tradunt, a Theodoro archiepiscopo Latine et deinde ab Ælfrico Saxonice versos; sed regulam quandam in usum presbyterorum et sacerdotum ex regula Benedicti, &c. consarcinatam.

CXCII. *Codex*

19.] *Vide* supra 10 et CCLXV. 11.

CXCI.] *Vet. Cat.* S. 12. *MSS. Angl.* 1535—268.

CXCII.

Codex membranaceus in folio minor. in quo continetur,

Collectio Amalarii viri doctissimi de ordine Romanæ ecclesiæ qui vocatur liber officialis.

Ad calcem codicis habetur hæc inscriptio,

" *Anno a nativitate dni nri ihu xsti* DCCCC. *II. decima indictione*
" *epactis* X - - - I. *concur* IIII[tus] *cum bisexto; ciclo lunari* XIX *lu* XIIII[a] *pas*
" ID *ap*[r]*l. dies pas* XIIII *kl. MAI: luna ipsius diei* XVIIII[a]: *jussit Ama-*
" *deus diaconus atque habitu monachus hunc libellum scribere pro sua anima*
" *ad utilitatem fratrum: et quicunque legerit vel scrutatus fuerit aut*
" *scripserit eum precor ut dicat, anima ejus requiescat in pace: sed et qui-*
" *cunque eum rapuerit vel per vim sive per latrocinium abstulerit a fratri-*
" *bus sancti Wingualoci in cujus honore est scriptus anathema sit maranatha*
" *in adventu dni, omnibus fratribus hæc atestantibus.*

CXCIII.

Codex membranaceus in fol. minor. venerandæ antiquitatis, continens Hexameron sancti Ambrosii episcopi.

CXCIV.

Codex membranaceus in 4[to], *seu folio minor. diversis temporibus et a diversis scriptoribus exaratus, in quo continentur,*

1. Tractatus Petri Blessensis de conversione sancti Pauli.
2. Augustinus de creatione primi hominis.
3. Meditatio brevissima Ricardi Hampole.
4. Scala mundi, sive tabulæ chronologicæ genealogicæ et historicæ. *Continuantur eadem manu ad annum* 1340, *et dehinc alia ad annum* 1450: *pars vero chronologica deducitur usque ad annum* 1619, *nitidissime scripta, nonnullisque delineationibus templorum, &c. ornata.*

5. Chro-

CXCII.] *Vet. Cat.* E. 9. *MSS. Angl.* 1331—55.
CXCII.] *Vide* LXVIII. 5. CCCXIX. 3. CCCCXVI.
CXCIII.] *Vet. Cat.* L. 11. *MSS. Angl.* 1409--132.
CXCIV.] *Vet. Cat.* E. 8. *MSS. Angl.* 1326--50.
1.] *Vide* CLXXVII. 28.

5. Chronicon Martini Poloni papæ penitentiarii, ſive hiſtoria et ſucceſſio imperatorum et pontificum Romanorum a Chriſto nato ad annum 1306, et continuata ad annum 1342.
   " *Recognita et per ipſum auctius reddita quam in codicibus impreſſis.*"
   Inter Leonem V. et Benedictum IIII. interſeritur Ioanna papiſſa.
6. Petri de Yckham compilatio de geſtis Britonum et Anglorum ex Bruto Beda et aliis auctoribus a prima antiquitate ad annum 1265, et aliâ manu ad annum 1283.
   Ad finem deſunt nonnulla.
7. Triginta duo gradus ſcalæ.
   " *Hoſpicium beatæ Mariæ extra Biſhopsgate hunc vindicat librum.*"

CXCV.

Codex chartaceus in 4to, *ſeculo xv ſcriptus, quem injuria temporis pluribus in locis mutilatum, ſequenti ſeculo ex alio quodam codice in integrum reſtitui fecit Cl. Parkerus; in eo autem continetur*

Thomæ de Walſingham hiſtoria minor ab anno 1273 ad annum 1472, *ſive ut habet titulus antiquus hujus codicis,* Chronica ſancti Albani protomartyris.

CXCVI.

Codex membranaceus in folio minor. poſt tempore Ælfredi regis a Leofrico epiſcopo (ut videtur) una cum plurimis aliis eccleſiæ ſuæ Exonienſi donatus, et ab eo appellatus Maꞃꞇiꞃoloᵹium: *in eo autem adhuc reſtat,*

1. Pars maxima Martirologii ſeu potius Menologii Anglo-Saxonici, nempe a die 19 menſis Martis uſque ad diem 21 Decembris incluſive.
   Fragmentum Saxonicum capite et calce truncatum ſex tantum conſtans foliis, in quo habetur
2. Pars legationis fabuloſæ Nathanis Judei ad Tiberium Cæſarem.

CXVII. *Codex*

5.] *Vide* LIX. 4. 11. CCCLXXII. 1. CCCCXXVII. 4, 5.
6.] *Vide* CCCXXXIX. 3. CCCCXXVII. 2.
XCV.] *Vet. Cat.* C. 4. *MSS. Angl.* 1303--27.
CXCVI.] *Vet. Cat.* D. 5. *MSS. Angl.* 1312--36.

CXCVII.

Codex in 4to, in priore cujus parte ſeculo xv in cartis ſcripta continentur

1. The epiſtle of king Ælfred to ———
2. Proceſſus contra Iohannem dictum le Purel.
3. Articuli venerabilis domini Ricardi Scrope archiepiſcopi Ebor. contra Henricum quartum intruſorem regni Angliæ A. D. 1399.
4. Cauſa quare decollatus eſt archiepiſcopus Ricardus Scrope.
5. Martirium prædicti Ricardi archiepiſcopi.
6. Depoſitio regis Ricardi.
7. Continuatio chronici Ranulphi per Iohannem Malverne, ab anno Domini 1236. ad annum 1394.

   Ad annum 1346, " *Hic revera Ranulphus monachus Ceſtr. ſuas* " *cronicas terminavit:* —— *Poſt hunc ſcripſit quidam monachus* " *Wigorn. Iohannes Malvern* ——

   Sæpe concordat hæc continuatio cum Thoma de Walſingham et autore anonymo hiſtoriæ Ricardi II. a Cl. Hearne editæ, multa tamen habet quæ in aliis fruſtra quæres, digna certe quæ hiſtoricis noſtris impreſſis addatur.
8. Acts of parliament 1 Hen. VI. and ſtate of affairs during his minority.

   In poſteriore parte hujus codicis in membranis habetur venerandæ antiquitatis
9. Fragmentum evangeliorum S. S. Iohannis et Lucæ.

   Scripta ſunt hæc fragmenta charactere eleganti et pervetuſto; aliquando diſtinctio vocum ſed non ſemper. — In bibliotheca Cottoniana olim habebantur evangelia Matthæi et Marci ejuſdem plane caracteris et pergameni, quæ præter pauca folia incendio perierunt ——

CXCVIII.

Codex membranaceus et antiquus in fol. minor. et craſſiori diverſis manibus ſcriptus, in quo continetur

Homeliarum Saxonicarum tomus quartus.

CXCIX. *Codex*

CXCVII.] *Vet. Cat.* M. 14. *MSS. Angl.* 1429--152.
CXCVIII.] *Vet. Cat.* S. 8. *MSS. Angl.* 1534--267.

CXCIX.

Codex membranaceus in 4to, literis Saxonicis ſcriptus, in quo continentur

Sanĉti Auguſtini de trinitate lib. xv.

Deſunt libri VIII, IX *et* X *et pars libri* VII, XI *et* XV.

Ad finem hujus codicis ſunt verſus, ex quibus diſcimus illum ſcriptum fuiſſe a quodam Iohanne, gente Ceretica, Sulgeni epiſcopi Meneveníis cotemporaneo et amico.

CC.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xii exeunti, vel xiii ineunti ſcriptus, in quo continetur

Baldwinus archiepiſcopus Cantuarienſis de ineſtimabili ſacramento altaris.

De hoc codice ſic ſcripſit Parkerus: " Hic liber proprius codex Bald-" wini ſcriptus manu ſua dum erat archiepiſcopus Cantuarienſis, tam " accurate ut vix reperies aliquam mendam (quantum ad ſcriptionem " attinet) per totum librum. Quamvis fortaſſe ad ornatiorem ſcripturam " aliquorum verſuum ſuppletio ſit per literam punĉto ſuppoſito, ut per librum " aliquoties videre licet. Ecce diligentiam!"

Neſcio qua autoritate fretus hæc dixit vir reverendiſſimus, cum enim de novo paucis abhinc annis compingebantur codices noſtri, operculis bibliopegi incuria abjeĉtis multa hujuſmodi indicia perierunt. Sed forſan huic opinioni anſam præbuerunt ſequentia verba minio in codice ſubnotata: " Verum cum autoritas tua me premeret ut de ineſtimabili ſacrificio veri-" tatis aliqua ſcribenda diĉtitarem et diĉtata ſcriberem" — Minime tamen exhinc ſequitur codicem propria manu Baldwini fuiſſe ſcriptum; ex codice enim autographo in omnia ſequentia exemplaria neceſſaria tranſcribebantur hæc verba; preterea ex epiſtola nuncupatoria ſatis liquet Baldwinum adhuc monachum fuiſſe Fordenſem quando hæc ſcripſit, codex tamen noſter effigiem ejus habet veſti pontificali et pallio indutam. Sed

---

CXCIX.] *Vet. Cat.* N. 5. *MSS. Angl.* 1446—169.

CC.] *Vet. Cat.* V. 3. *MSS. Angl.* 1569--302.

CC.] *Vide* CCCXXXI. 1.

Sed etſi pro autographo non habendus ſit, haud tamen longe poſt autoris ævum ſcriptum puto.

CCI.

Codex membranaceus in folio minor. circa tempus conquiſitionis Angliæ, ut videtur, exaratus, in quo continentur plurima ſcripta Saxonica in uno volumine compacta, quorum tituli hoc ordine ſequuntur,

1. Pars libri cujuſdam ut videtur ritualis de diverſis diebus feſtis in uſum cujuſdam monaſterii.
2. Homelia cujus rubrica deſideratur.
   Incipit. Aðam ſe æreſta man ƿæſ ȝeſcapen on neorxna.
3. De ætatibus mundi, Latine ex 1 capite evang. S. Matth.
   Incipit. On þiſſere ƿorlde fruman God ælmihtiȝ ȝeſcop.
4. Sermonis Lupi epiſcopi.
   Leofan m̄an doð ſƿa eoƿ micel þearf iſ underſtandað.
5. De fide catholica.
   Leofan m̄. uſ iſ deope beboden.
6. Sermo.
   Leofan m̄. underſtandað ſƿiðe ȝeorne.
7. Wulflani archiepiſcopi Eboracenſis admonitio ſive parænefis ad cujuſcunque conditionis homines curæ ſuæ commiſſos.
   Ƿulfſtan arce biſceop ȝreteð freondlice þeȝnaſ.
8. Homelia cujus rubrica deſideratur.
9. To folce.
10. To folce.
11. To folce.
12. To folce.
13. To eallum folce.
14. To eallum folce.
15. To eallum folce.
16. Be miſlicum ȝelimpum.
    Hæc ſectio in apographo Iuniano parenæſin Wulfſtani claudit.
17. Her iſ ȝit oþer ƿel God eaca.
18. Ðir man ȝeræðe þa ſe micele here come to lande.
19. to ȝehadedum mannum. *Manu neoterica inſcribitur* epiſtola Ælfrici.

" *Deeſt*

CCI.] *Vet. Cat.* S. 18. *MSS. Angl.* 1550--383.

" *Deest secunda epistola Ælfrici.*

20. Be ᵹehadedum mannum.
21. To ᵹehadedum ⁊ læƿedum.
22. Be eallum cꞃiꞅꞇenum mannum.
23. Noꞃðymbꞃa pꞃeoꞅꞇa laᵹa.
24. heꞃ iꞅ eadᵹaꞃeꞅ cyninᵹeꞅ ᵹeꞃædneꞅ.
25. Eadᵹaꞃeꞅ cyninᵹeꞅ ᵹeꞃædneꞅ.
    Nempe leges civiles ecclesiasticis adnexæ.
26. Leges Æthelredi regis.
27. De preceptis Domini.
28. De vitiis principalibus.
29. De virtutibus.
30. Æðelꞅꞇaneꞅ cinyncᵹeꞅ ᵹeꞃædneꞅ.
31. De christianitate, *Latine.*
32. Sermo Latinus cujus rubrica desideratur.
33. heꞃ onᵹinneð be chiꞅꞇendome.
34. Homelia cujus desideratur rubrica.
35. De visione Isaiæ prophetæ quam vidit super Iudam et Ierusalem, *scilicet loca quædam ex Isaia propheta Latine et Saxonice.*
36. Verba Hierimiæ prophetæ.
    Desiderantur quædam folia quibus continebantur conclusio hujus homeliæ et initium sequentis.
37. De septiformi spiritu.
38. De antichristo *Latine et Saxonice.*
39. Homelia cujus desideratur rubrica.
40. Homelia cujus desideratur rubrica.
41. Homelia cujus desideratur rubrica.
42. Homelia cujus rubrica deest.
43. Homelia cujus desideratur rubrica.
44. Verba Ezechiel prophetæ de pigris aut timidis vel negligentibus pastoribus.
45. Sermo Lupi ad Anglos quando Dani maxime persecuti sunt eos quod fuit anno M.VIII ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi.
46. Sermo Lupi.
    Sequitur collectio canonum ecclesiasticorum legum, &c. hoc ordine.

47. Be-

47. Be cinincʒe.
48. Be cineꝺome.
49. desideratur rubrica Be cyneꞅꞇole.
50. De episcopis Paulus dicit.
51. Item.
52. Be eoꞃlum.
53. Be ꞅaceꞃꝺum.
54. Be ʒehaꝺeꝺum mannum.
55. Be abboꝺum.
56. Be munecan.
57. Be minecenan.
58. Be pꞃeoꞅꞇan ⁊ be nunnan.
59. Be læꞃeꝺum mannum.
60. Be ƿuꝺeƿan.
61. Be ciꞃcan.
62. Be eallum cꞃiꞅꞇenum mannum.
63. Lex Æthelredi regis Be ciꞃiceꞅ ʒꞃiðe.
64. Eaꝺmunꝺeꞅ ʒeꞃæꝺneꞅ.
65. Heꞃ ʒebiꞃað nu ꞇo eaꝺʒaꞃeꞅ ʒeꞃæꝺneꞅ be ʒehaꝺoꝺꞃu manna liꝼꝼaꝺunʒe.
66. Be ƿeꞃʒilꝺꞃum ⁊ be ʒeþinꝺum.
67. Noꞃð leoꝺa laʒa.
68. Be meꞃcena laʒa.
69. Be ʒehaꝺoꝺꞃa manna aðe ⁊ be haꝺboꞇe.
70. De baptismo.
71. Homelia cujus desideratur rubrica, quæ in alio codice sermo de baptismate.
72. De ecclesiasticis gradibus.
73. De ecclesiasticis officiis.
74. Admonitio de horis quibus in quolibet die Deus precandus.
75. Admonitio ad confessarios.
76. De confessione peccatorum et penitentia subeunda coram episcopo die cinerum.
77. Multa de penitentia ex libro penitentiali quem ex Latino Saxonicum fecit Ecgberthtus Ebor. archiepiscopus.
78. Be ꝺæꝺbeꞇan.
79. Be mihꞇiʒum mannum.
80. Theodorus de ægris qui jejunare non possunt, *Latine.*

81. Leges

81. Leges Canuti regis.
82. Be ꞅaceꞃꝺum.
83. heꞃ onᵹinneð ꞅeo ᵹeꞃeceꝺneꞅ be anꞇioche þa unᵹeꞅæliᵹan cinᵹꞇe ⁊ be apoloniᵹe þam ꞇiꞃiꞅcan ealꝺoꞃman.
84. heꞃ cyð ymbe þa halᵹan þeon anᵹel cynne ꞃeꞅꞇað.
85. heꞃ onᵹinneð ꞅeꞇᵹam be ᵹoꝺeꞅ ꞅcm ðe on enᵹla lanꝺe æꞃeꞅꞇ ꞃeꞅꞇon.
86. heꞃ cyꝺꝺe ᵹoꝺ ælmihꞇiᵹ hiꞅ milꝺheoꞃꞇniꞅꞅe þe he abꞃahame beheꞇ ⁊ ioꞅepe ⁊ abꞃahameꞅ oꝼꞅpꞃinᵹe.
Hæc tractatio de Josepho patriarcha est pars versionis seu potius excerptorum Ælfrici ex libro Geneseos scil. cap. XXXVII *usque ad cap.* XLVII, *vers.* 18.
87. Versus Bedæ presbiteri de die judicii Saxonicis versibus redditi.
88. Oratio poetica ex adonicis (quales facere potuerunt) versibus partim Latinis partim Saxonicis.
89. Paraphrasis poetica in orationem dominicam.
90. Paraphrasis poetica in doxologiam.
91. Modus confitendi peccata, *Latine.*
92. Canones Numero XLV in usum clericorum.
93. Homelia cujus desideratur rubrica.
94. Canones precedentes, *Saxonice.*
95. Epistola Oswardi monachi ad Karolum regem.
96. Adnotatio de diebus festivalibus.

CCII.

Codex membranaceus in 4to *forma oblonga, seculo xii scriptus, in quo continentur,*

1. Sylloge epistolarum.
Præmittitur brevis quædam historia de Fulgentio Sydonio et Symmacho, quibus, uti videtur, hæ epistolæ sunt attribuendæ; quarum pleræque nullis gaudent επιγραφαις, et paucæ illæ quæ occurrunt literam initialem solummodo habent.
2. Parabolæ Salomonis secundum Hebraicum translatæ ab Eusebio Ieronimo presbitero, petentibus Cromacio et Heliodoro episcopis, *cum glossa ordinaria et interlineari.*

CCIII. *Codex*

83.] *Vide* CCCXVIII. 9. CCCCLI. 5.
CCII.] *Vet. Cat.* T. 7. *MSS. Angl.* 1559—292.

CCIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,

Poſtillæ Nicolai de Lyra in novum teſtamentum.

" *Ex dono Mag. Thomæ Fawcett.*

CCIV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continetur,

Stephanus Langton archiepiſcopus Cantuar. in Iſaiam, IV libros regum, II libros Paralipomenωn et II libros Macchabeorum.

CCV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xvi nitidiſſime ſcriptus, in quo continentur,

Hiſtoriæ Blondi Flavii Forlivienſis ab inclinatione Romani imperii decades tertia et quarta.

Vulgo tres tantum hujus hiſtoriæ numerantur decades, quarum tertia undecim conſtat libris, in hoc vero codice decas illa decem tantum complectitur libros, et adduntur duo libri quartæ decadis, in quibus continentur res geſtæ annorum 1440, 1441 *uſque ad matrimonium Ludovici Sforzæ cum Bianca filia Philippi ducis Milanenſis.*

CCVI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo ix ſcriptus, in quo continentur,

1. Martiani Minei Felicis Capellæ archiepiſcopi Cartaginenſis de arte dialectica.
2. Ariſtotelis chategoriæ ab Auguſtino tranſlatæ.
3. Liber Iſagogarum Porphirii.
4. Anitii Manilii Severini Boetii liber, quomodo trinitas [ſit] unus Deus et non III Dei ad Quintum Aurelium Memnium Simachum ſocerum.

5. Idem

CCIII.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 7.

CCIV.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 4. *MSS. Angl.* 1644--377.

CCIV.] *Vide* XXXI. LV. LVIII. LXXXIX.

CCV.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 2. *MSS. Angl.* 1646--379.

CCVI.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 11.

5. Idem ad Iohannem Diaconum utrum pater et filius et ſpiritus ſanctus de divinitate ſubſtantialiter dicantur.
6. Idem ad eundem quomodo ſubſtantiæ in eo quod ſint bonæ ſint et non ſint ſubſtantialiter bona.
7. Ejuſdem liber adverſus Neſtorium et Eutichen pro perſona ac natura [Chriſti] domino ſancto ac venerabili patri Diacono.
8. Dialectica magni Karoli regis ad Albinum magiſtrum ſuum.
9. Dialectica Auguſtini quam fecit ad inſtituendum filium ad Theodatium ſuum.

In hoc codice plurimæ occurrunt gloſſæ interlineares et notæ ejuſdem ævi.

CCVII.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continentur,

1. Epiſtolæ Cyrilli Alexandrini et aliorum ad illum.
2. Hugo Etherianus de proceſſione ſpiritus ſancti.
   Adduntur ad finem, Epiſtolæ Hugonis ad Alexandrum papam et patriarcham Antiochi et reſponſiones illorum de hoc libro.
3. Ambroſius de proceſſione ſpiritus ſancti.

CCVIII.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, continens

Commentaire ſur l'epitre aux Romains.

Ad initium codicis " *Anno Domini* 1588 *Sept.* 18. *Henricus Aldrich* " *dedit collegio Corporis Chriſti in Cantabrigia in minore bibliotheca ſer-* " *vandum.*"

Ad finem " *Ex dono A. R. Cevalerii linguæ Hebraicæ profeſſoris* 1572.

CCIX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

1. Petri Lombardi ſententiarum, lib. iv.

2. Io-

CCVII.] *Vet Cat.* Lib. ab Al. 6.
CCVIII.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 5. *MSS. Angl.* 1649—382.
CCIX.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 10.
1.] *Vide* CCCCLXI. 2.

2. Iohannis Damafceni, qui vocatur Manfur, liber, in quo [eft] etiam traditio orthodoxæ fidei capitulis divifa centum, a Burgundio judice, cive Pifano, de Græco in Latinum, domino III. Eugenio beatæ memoriæ papæ tranflatus.
3. Hugonis de fancto Victore fumma fententiarum, *imperfect.*

CCX.

Codex chartaceus forma oblonga in folio, feculo xv fcriptus, in quo continetur

Itinerarium five liber rerum memorabilium Willelmi [Bottoner] de Worceftre.

Hic codex charactere valde difformi exaratur, et interlineationibus ubique fcatet ita ut videtur autographum autoris in itineribus fuis compilatum: occidentales et orientales partes hujus regni fæpe vifitavit, ecclefias et monafteria defcripfit feu potius menfuravit, nihil enim notavit præter longitudines et latitudines quas per greffus fuos computavit, et ex obituariis et chronicis quædam excerpfit: diligentiam facile laudares, judicium ubique defiderares; primus tamen fuit, qui Angliam perluftrare aggreffus eft, et fi maximas laudes affecutus fit Lelandus veftigiis ejus feliciore gradu infiftens, nonnullæ ipfi Bottonero debentur, qui viam ei monftravit.

Habetur in hac bibliotheca apographum hujus codicis, fed parum fidele, multa enim omittuntur, multa perperam tranfcribuntur, in locis tamen difficilioribus ufui effe poteft in vera lectione indaganda; in fequenti igitur indice notavi paginam utrius codicis ubi res fingulæ occurrunt,*

N. B. O. *defignat codicem originalem,* A. *apographum.*

Fragmentum teftamenti R. Halbey A.D. 1453, O. 1.

De obitibus fundatorum ecclefiæ S. Mariæ Tinternæ, et de genere eorum ex antiquo kalendario, O. 4.

Defcriptio ecclefiæ Weftmonafterii, O. 5. A. 221.

De Fontibus fluviorum Avyn Thamefiæ Frome et Caftelcombe, O. 6. A. 227.

De caftro antiquiffimo vocato Yeffandebry fuper le Playn de Salefbery, O. 6.

De-

CCX.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 13. *MSS. Angl.* 1645—378.
*apographum**] viz. CI. 31.

Descriptio ecclesiæ de Romesey, O. 7.
———— ecclesiæ de Sarum, O. 7. A. 222.
Excerpta ex obituariis dictæ civitatis, O. 7.
Descriptio ecclesiæ monasterii de Wilton juxta Sarum, O. 7.
Excerpta ex martirologio fratrum sancti Francisci civitatis Sarum, O. 8. A. 280.
Descriptio ecclesiarum de Radclyff Bristol et Tyntern, O. 8.
De Willelmo Canyng mercatore Bristollensi et postea decano ecclesiæ de Westbery, O. 8. A. 288.
Epitaphum regis Gulielmi I. O. 9. A. 281.
Excerpta ex chronico Gildæ apud monasterium de Walden in Essexia, O. 9. A. 269.
De nobilitate Andreæ Ogard: de proportione et mensura dominii manerii de Rye per 16 miliaria de London in Essex: de manerio de Ermeth per 2 miliaria de Wisbech; de castello de Bokenham et de castello de Hownesdon, O. 11. A. 225.
A medicine for the stone, O. 12.
De hospitio ducis Bedfordiæ, O. 12.
De aquis quæ currunt per Kirton et Lamport, O. 13. A. 227.
Excerpta ex kalendario martirologii monasterii de Newnam prope Axminster, O. 13. A. 256p.
De sepulturis quorundam sanctorum, O. 14.
2. Alia poſtilla in diverſos locos, S. S. et *ut videtur* in lectiones quæ diebus feſtis recitabantur.
3. Opuſculum compilatum de libris ſanctorum patrum *ſive* de miraculis operibus et converſione ſanctorum, &c. cap. xx.

CCCXXVIII.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xii ſcriptus, in quo continentur,*

1. Vita ſancti Dunſtani archiepiſcopi et confeſſoris per Oſbernum lib. ii.

In-

CCCXXVI.] *Vet. Cat.* K. 12. *MSS. Angl.* 1394--117.
CCCXXVII.] *Vet. Cat.* K. 11. *MSS. Angl.* 1393--116.
CCCXXVIII.] *Vet. Cat.* I. 12. *MSS. Angl.* 1379—102.
1.] *Vide* XLII. 4.

Inseritur missa de S. Dunstano cum notis musicis.

2. Vita Odonis abbatis Cluniacensis per Iohannem fratrem lib. iii. *Hic Iohannes discipulus fuit Odonis et claruit seculo* X, *non* XI°, *ut, nescio qua autoritate, asseritur in veteri catalogo.*
3. Vita Majoli abbatis Cluniacensis per Odilonem.
4. Vita Odilonis abbatis Cluniacensis per Petrum Damianum.
   " *Liber ecclesiæ S. Swinthuni Wintoniæ.*"

CCCXXIX.

Codex membranaceus in 4to, *seculo xv scriptus, in quo continentur,*

1. Historia Waldei quondam Norfolchiæ et Suffolchiæ regis eximii de Gallis et Anglis verbis in Latinum translata.
   Ex prefatione, " *Verum si cui forsan libet translatoris agnitionem* " *percipere, litteras capitales hujus operis aureas sibillicando perspi-* " *ciat, quarum a sensu nomen ordo vel patria lucide inspicienti versu inveniente patefiet.*"
   Litteræ vero aureæ de quibus agitur, componunt hunc versum,
   " *DE : THETFORD : MONACHUS : BRAMIS : EDIDIT :* " *ISTA : IOHANNES.*"
   Historia porro fabulosa, in qua tempore Britonum frequens Normanniæ et Saracenorum mentio.
2. De translationibus episcopatuum Wellens. Cestrens. et Thetford [ex Willelmo Malmburiensi.]
3. Motiva exhortatoria quare capella virgini gloriosæ in parte aquilonari monasterii monachorum Thetfordiæ per priorem ejusdem loci extiterat constructa.
4. Epistola Willelmi ecclesiæ S. Mariæ de Merlesham ministri qualiter sanctæ reliquiæ in capite supradictæ imaginis repertæ ad Thetfordense monasterium pervenerint.
5. Chronologia rerum memorabilium ab incarnatione verbi ad annum 1399.

6. His-

2.] *Vide* CLXI. 12.
3.] *Vide* CLXI. 13.
4.] *Vide* CLXI. 14.
CCCXXIX.] *Vet. Cat.* I. 10. *MSS. Angl.* 1377—100.

6. Hiſtoria cenobii Thetfordenſis per Gaufredum ejuſdem loci monachum.

CCCXXX.

Codex membranaceus in 4to, *circa tempus conquiſitionis Angliæ ſcriptus, in quo continentur,*

1. Martiani Minei Felicis Capellæ de nuptiis Philologiæ et Mercurii lib. ix.
2. Gloſſæ Martiani, *ſive* commentarium in precedens opus.

CCCXXXI.

Codex membranaceus in 4to *minori, ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,*

1. Baldwinus de ſacramento altaris, *p.* 1.
2. Gaufredi [Monumetenſis] compendium de corpore Chriſti et ſacramento euchariſtiæ, *p.* 134.
3. De laude Dei, *p.* 136.
4. Epiſtola [Deoduini] Leodienſis epiſcopi ad Henricum Francorum regem contra Brimonem et Berengarium, *p.* 147.
5. Anſelmi contra Berengarium de corpore et ſanguine Domini, *p.* 149.
6. De obitu Berengarii ex ſpeculo hiſtoriali Vincentii.
7. Lanfrancus de corpore Chriſti et ſanguine contra Berengarium, *p.* 176.
8. Gwymundus Averſanus epiſcopus in Apulia de corpore et ſanguine Domini, lib. iii.
9. Rabanus [Maurus] de corpore et ſanguine Domini, *p.* 282. *Opus Paſchaſio a multis eruditis judicatum.*
10. Duo ſermones B. Auguſtini de corpore et ſanguine Domini, *p.* 345.

11. Sermo

CCCXXX.] *Vet. Cat.* N. 23. *MSS. Angl.* 1462—185.
CCCXXX.] *Vide* CLIII.
CCCXXXI.] *Vet. Cat.* V. 2. *MSS. Angl.* 1570--303.
1.] *Vide* CC.
2.] *Vide* CLXXVII. 44.
4.] *Vide* infra 12.

11. Sermo Eusebii Emisseni de corpore et sanguine Domini, *p.* 348.
12. Epistola Leodiensis episcopi, *p.* 353.
13. Brevis tractatus de eucharistia, *p.* 355.
14. Qualiter Christus in sacramento eucharistiæ sit devote suscipiendus a quolibet christiano, *p.* 358.
15. Gennadii Massilensis catalogus de viris illustribus, *p.* 368.
16. Isidori Hispalensis catalogus de viris illustribus, *p.* 380.
17. Tractatus de vita et morte sanctorum utriusque testamenti, *p.* 395.
Ex verbis, quæ in fronte hujus tractatus occurrunt, perperam intellectis, Orosio attribuitur et in indice hujus codicis et a Cl. Stanley: — verba autem hæc sunt, "Orosio Ysodori salutes:" multum sane hallucinatus est scriba, ea tamen sic esse legenda, "Orosio Isidorus "salutem," satis liquet, et proinde opus non Orosio sed Isidoro esse attribuendum.
18. Hieronimus ad virgines de continentia virginali, *p.* 408.
19. Idem ad Celanam quo juste et caste vivat, *p.* 421.
20. Egidius [Romanus] de sacramento altaris, *p.* 433.
21. Iohannes Tassyngton de sacramento altaris, *p.* 583.
Ad finem, "Explicit confessio magistri et fratris Iohannis Tassyng-"ton de ordine minorum, et sacræ theologiæ doctoris, quam edidit, "et in scholis fratrum minorum Oxoniis determinando promulgavit "ad declarationem et defensionem fidei ortodoxæ de sacramento "altaris, quæ per sectam Berangariorum, prout sermo recitavit, et "jam omni clero Oxon. catholico innotuit, periculose extiterat, non "auctoritate sed loquacitate, non argumentis vel concionibus sed "promptuosis assertionibus blasphemiæ impugnata, anno Domini "millesimo CCC *octogesimo primo.*
22. De penis et culpis, *p.* 613.

CCCXXXII.

Codex membranaceus in 4to, *seculo xii scriptus, in quo continentur,*

1. Sermo

12.] *Vide* supra 4.

17.] *Vide* CCCXXXIX. 3. CCCCLXXI. 1.

CCCXXXII.] *Vet. Cat.* W. 1. *MSS. Angl.* 1567—300.

1. Sermo ſancti Auguſtini de preſentia Dei ad Dardanum, *p.* 1.
2. Epiſtolæ XIV Pauli ad Senecam et Senecæ ad Paulum, *p.* 35.
3. Liber Rathramni de eo quod Chriſtus ex virgine natus eſt, *p.* 41.
4. Liber Rathramni de anima, *p.* 70.
5. Sermo de aſſumptione ſanctæ Dei genitricis Mariæ, *p.* 91.
6. Sermo alius de eadem, *p.* 102.
7. Sermo beati Hieronimi preſbiteri de eadem, *p.* 112.
8. Sermo alius de eadem, *p.* 120.
9. Sermo alius B. Hieronimi de eadem, *p.* 127.
10. Alius ſermo Hieronimi eadem de re ſacris conſecratus virginibus, *p.* 130.
11. Scholia ex libro Paſchaſii diaconi Romanæ eccleſiæ de Chriſti ſalvatoris noſtri genealogia, *p.* 153.
12. Sermo beati Ambroſii Mediolanenſis archiepiſcopi de nativitate ſanctæ Dei genetricis et perpetuæ virginis Mariæ, *p.* 180.
13. Sermo ejuſdem de aſſumptione ſanctæ Dei genetricis Mariæ, *p.* 194.
14. Anſelmus de eterna beatitudine cum epiſtola prefatoria Eadmeri ad Gulielmum, *p.* 200.
15. Anſelmus de converſatione monachorum, *p.* 243.

CCCXXXIII.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo* xv *ſcriptus, in quo continentur;*

1. Summa domini Berengarii cardinalis, magni penitentiarii domini papæ, de omnibus caſibus juris, in quibus quis eſt excommunicatus ipſo facto.
2. Tractatus fratris de Bona Gratia de eadem re, *cui anneetuntur* caſus epiſcopis reſervati et penitentiæ in confeſſione injungendæ.
3. Frater Rogerus de Conway contra Armachanum.
4. Bullæ papales de licentia concedenda fratribus ordinis minorum audiendi confeſſiones.
5. Caſus abſtracti a jure per fratrem et magiſtrum Hermannum de

---

1.] *Vide* XVII. 2.
14.] *Vide* XXXIV. 2. CXXXV. 2. CLIV. 48.
CCCXXXIII.] *Vet Cat.* T. 8. *MSS. Angl.* 1556--289 et 1557--290.

de provincia Saxoniæ per capitulum generale apud Saturium examinati et approbati.

6. Tractatus alius de casibus excommunicationis.

CCCXXXIV.

Codex membranaceus in 8vo, *manu perantiqua scriptus, in quo continentur,* Homeliæ XXXIX Originis in Lucam versæ ab Eusebio Hieronimo.

CCCXXXV.

Codex membranaceus in 4to, *seculo xv scriptus, in quo continentur,*

1. Epistola Sarraceni ad sectam suam christianum invitantis.
2. Rescriptum Christiani ad Maurum.
3. Epistola domini Petri venerabilis Cluniacensis abbatis ad dominum Bernardum Claræval. abbatem de ipsa secta Mahomet pseudo-prophetæ.
4. Cronica mendosa et ridiculosa Sarracenorum.
5. De generatione Mahumet et nutritura ejus quam transtulit Hermannus Sclavus scholasticus subtilis et ingeniosus apud Legionem Hispaniæ civitatem.
6. Item doctrina Mahumet, quæ apud Sarracenos magnæ autoritatis est, sub eodem Hermanno translata, cum esset peritissimus utriusque linguæ, scilicet Latinæ et Arabicæ.
7. Libellus fratris Ricculdi ordinis predicatorum contra legem Sarracenorum.
8. De conversione Petri Alphonsi quondam Judei, et libro ejus in Judeos et Sarracenos.
9. Tractatus de dungionibus diaboli.
10. Sermo de modo vivendi fratris Bonaventuræ.
11. Fragmentum de avibus piscibus et aliis mirabilibus.
12. De septem signis in Christi nativitate.
13. Nomina lapidum in apoc.
14. Regula et vita fratrum minorum.

15. Col-

CCCXXXIV.] *Vet. Cat.* K. 8. *MSS. Angl.* 1390—113.
CCCXXXV.] *Vet Cat.* Q. 6. *MSS. Angl.* 1527—260.
8.] *Vide* CCCIX. 2.

15. Collectanea quædam de regimine ſalutis, *Gallice et Latine.*
16. Formula libellorum reſignationum, acquietancium, &c.

CCCXXXVI.

A parchment book in 4to, written in the xv century, containing

A large collection of homelies aſcribed by archbiſhop Parker to Wickliff, *in the following order,*

1. XXVIII Homelies on the general goſpels for days dedicated to apoſtles, martirs, confeſſors, &c.
 At the end, "Explicit commune ſanctorum."
2. A homely on Mat. XXIV. "Egreſſus Ieſus de templo.
 Againſt the authority of the pope whom he calls Antichriſt.
 At the end, "Explicit expoſitio iſtius evangelii ſecundum M. I."
3. A diſcourſe upon pardon, *which ſeems to have been levelled againſt the papal indulgences, and of which the firſt page only remains, the reſt being cut out.*
4. CXLVII Homelies on the goſpels for the feſtivals and faſts throughout the year.
 At the end, "Expliciunt evangelia ferialia ſecundum M. I."

CCCXXXVII.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

1. Quomodo apoſtoli obierunt.
2. Species ſeptem peccatorum mortalium.
3. Ammonitio S. Auguſtini, qua oſtenditur quam bonum ſit lectionem divinam legere et quam ſit nobis malum ab illa inquiſitione deſiſtere.
4. Liber ſcintillarum venerabilis Bedæ preſbiteri diverſarum ſcientiarum, ideo ſic dictus quia ſcintillæ valent ad parandum incendium, ita ſententiæ diverſorum patrum hic collectæ valent et utiliſſimæ ſunt ad accendendas mentes fidelium.
5. Gulielmi de Montibus ſummula qui vocatur "qui bene preſunt."
6. Liber alius ſcintillarum.

CCCXXXVIII. *Codex*

CCCXXXVI.] *Vet. Cat.* K. 15. *MSS. Angl.* 1397—120.
CCCXXXVII.] *Vet. Cat.* K. 14. *MSS. Angl.* 1396--119.

CCCXXXVIII.

Codex chartaceus in 4to, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continetur,

Confutatio Schuenfieldii contra veritatem humanæ naturæ *Germanice.*

CCCXXXIX.

Codex membranaceus in folio, in quo continentur,

* * *ſeculo xiii* * *

1. Hiſtoria Angliæ a Bruto ad primordia regni Stephani regis [autore Ricardo Diviſienſi *ſecundum Balæum.*]
2. Ricardus Diviſienſis ad Robertum olim priorem Wynton ad Cartuſiam migratum de rebus geſtis Ricardi I.

* * *ſeculo xiv* * *

3. Petri de Yckham compilatio de geſtis Britonum ac Anglorum ad annum 1327.

CCCXL.

Codex chartaceus in 4to, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continentur,

1. Epiſtolæ D. Pauli ad Galatas et ad Epheſios ex Syriaca lingua in Latinam converſæ per Emanuelem Trimellium, *p.* 1.
2. Aphoriſmi D. Martini Buceri de cœna dominica, *p.* 37.
3. Contra dilationem baptiſmi per Bucerum, *p.* 53.
4. Sermo Petri Martir manu propria ſcriptus in ſeditionem Devonenſium, *p.* 73.
5. Dialogus regis et populi per eundem *Italice*, *p.* 97.
6. Alter ejuſdem ſermo in ſeditionem, *p.* 115.
7. Thomæ Cooperi chriſtiana cum fratribus conſultatio, utrum pii verbi miniſtri præſcriptam a magiſtratibus veſtium rationem ſuſcipere et liquido poſſint et jure debeant, *p.* 135.

8. Ser-

CCCXXXVIII.] *Vet. Cat.* N. 24. *MSS. Angl.* 1461--184.

CCCXXXIX.] *Vet. Cat.* O. 13. *MSS. Angl.* 1484--217.

3.] *Vide* CXCIV. 6. CCCCXXVII. 2.

CCCXL.] *Vet. Cat.* Miſc. F.

4.] *Vide* CII. 29.

8. Sermon preached by Thomas Godwyne before the queen at Greenwich 27 March, 1556, on the authority of councils and fathers, *p.* 165.
9. Oxonienſis hiſtoriolæ initium ex libro procuratorum, *p.* 188.
10. Aſſertio antiquitatis Oxonienſis academiæ, *p.* 189.
11. Diſputatio habita Oxonii 2 Aprilis, 1554, de reali preſentia corporis Chriſti in euchariſtia, reſpondente D. Ridley epiſcopo Londinenſi, *p.* 247.
12. Prefatio et proteſtatio Thomæ Cranmeri ſcripta et tradita propria manu prolocutori in ſchola publica, *p.* 265.
13. Diſputatio Oxoniæ habita 16 Aprilis, 1554, de reali preſentia reſpondente Thoma Cranmer, opponente D. Chedſey, *p.* 271.
14. Letter from Thomas Bulney to the vicar of Dereham in Norfolk exhorting him to take care of his flock, *p.* 281.
15. Quibus ſacerdotia conferri aut non conferri debeant ſecundum Dei et S. patrum canones, *p.* 287.
16. Articuli in quibus recenſentur abuſus mutati [ejecto papiſmo,] *p.* 303.
17. Relatio ſummatim totius doctrinæ Germannorum, *p.* 341.
18. Politia eccleſiaſtica, quæ nuper in cœtu Gallorum conſtituta eſt Lunduni 21 Julii, 1560, per Galatium, *p.* 397.
19. Apologia Petri Alexandri adverſus animadverſiones domini Galaſii ad reverendum patrem et dominum, dominum epiſcopum Londinenſem, *p.* 425.
20. Extracts out of the canon law, which moſt exalt the popes power or ſeem any way moſt extravagant, *p.* 447.
21. De reformatione collegii canonici [Argentinenſis] per Bucerum, *p.* 477.
22. Letter written by Bilneye when in priſon to his father and mother, *p.* 579.
    The latter part is wanting.
23. Quod non licet ſororem uxoris premortuæ ducere in matrimonio [autore Petro Alexandro *ſecundum Tannerum*,] *p.* 593.

CCCXLI. *Codex*

---

23. [*Vide* CV. 8. CXIII. 49, 50.

CCCXLI.

Codex chartaceus in folio, seculo xvi scriptus, in quo continetur,

Eadmeri historia novorum in Anglia, lib. vi.

CCCXLII.

Codex chartaceus in folio, in quo continetur,

Chronicon desumptum ex historia Roffensi ab anno 179 ad annum 1377.

" *Hæc omnia desumpta sunt ex historia Roffensi, quam ut verisimile est*
" *tres monachi ejusdem ecclesiæ sese ordine in opere succedentes composuere:*
" *non enim est unius sonus totius orationis, non idem stylus; sed triplex qui-*
" *dem ratio constructionis. Quorum monachorum primus deducit historiam*
" *ab mundi initio ad obitum Henrici III. ad annum, videlicet Domini*
" 1273, *quando apparet monachum claruisse; alter adjecit historiam Ed-*
" *wardi I. filii prefati Henrici, qui obiit anno Domini* 1307; *reliquam*
" *persecutus est monachorum tertius: quibus autem appellationibus fuere hi*
" *monachi me latet.*"

" *Prefata historia Roffensis nisi cum agat de rebus ecclesiæ Roffensis est*
" *omnino eadem cum historia* [*Matthei Westmonast.*] *quæ dicitur flores histo-*
" *riarum.*"

Duas priores partes hujus historiæ, videlicet ad annum 1307, *Edmundo de Haddenham ascribendas putat Cl. Whartonus, et tertiam partem monachum ejusdem cenobii autorem non habuisse quod in ea nulla sit mentio de rebus Roffensibus.*

Chronico præmittitur brevis historia de ecclesiis fundatis ante adventum Normannorum in Anglia ex eodem libro Roffensi.

CCCXLIII.

Codex membranaceus in folio, seculo xv scriptus, in quo continentur,

1. Ra-

CCCXLI.] *Vet. Cat.* 9—1. *MSS. Angl.* 1592—325.
CCCXLI.] *Vide* CCCLII.
CCCXLII.] *Vet. Cat.* 9—2. *MSS. Angl.* 1593—326.
CCCXLIII.] *Vet. Cat.* 9--3. *MSS. Angl.* 1594—327.

1. Radulphi Nigri chronicon de vita et actis imperatorum et regum Angliæ et Franciæ.
2. Chronicon de terra ſancta, *ſeu* de captione Hieruſalem.

CCCXLIV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur;
Varia opera Aurelii Auguſtini Hipponenſis epiſcopi, *viz.*

1. Queſtiones ſexaginta quinque Oroſii preſbiteri et totidem reſponſiones Auguſtini.
2. De octo Dulcitii queſtionibus.
3. De videndo Deo ad Paulinam.
4. Commonitorium ad Fortunatianum Siccenſem epiſcopum.
5. De duodecim abuſivis.
6. De unico baptiſmo contra Peculianum.
7. Soliloquorum, lib. ii.
8. De immortalitate animæ.
9. De duabus animabus.
10. De natura et origine animæ ad Renatum.
11. Epiſtola ad Petrum preſbiterum de eadem re.
12. Ad Vincentium de eadem re, lib. ii.
13. De quantitate animæ dialogus.
14. De decem cordis.
15. Sermo in parochiis ſatis neceſſarius.
16. ——— de decimis reddendis.
17. ——— de ebrietate.
18. ——— de eadem re.

19. Sermo

CCCXLIV.] *Vet. Cat.* 1—3. *MSS. Angl.* 1571--304.
5.] *Vide* CVII. 12 CLIV. 33. CLXXVII. 18.
6.] *Vide* CLIV. 46.
9.] *Vide* XXXIV. 26. CLIV. 24.
10.] *Vide* CCCXVI. 19.
11.] *Vide* CCCXVI. 20.
12.] *Vide* CCCXVI. 21.
14.] *Vide* CCCXVI. 12.
17.] *Vide* CCXXVII. 15.

19. Sermo de virtutibus caritatis.
20. ——— quomodo x plagæ Egypti x preceptis legis conveniunt.
21. De vera et falsa penitentia.
22. De baptismo parvulorum.
23. Sermones CXXIV in evangelium secundum Ioannem.

CCCXLV.

Codex membranaceus in folio, seculo xii scriptus, in quo continentur,

1. Sanctus Hilarius de trinitate, lib. xii.
2. Ejusdem liber de synodis contra omnes hereses.
3. Ejusdem liber contra Constantium Augustum.
4. Ejusdem tractatus ad Constantium Augustum.
5. Ejusdem tractatus ad eundem quem Constantinopoli eidem ipse tradidit.
6. Exemplum blasphemiæ Auxentii Arriani.
7. Tractatus sancti Hilarii adversus Auxentium Arrianum episcopum Mediolan.

" *Donum reverendi viri Rogeri Flint A. M. Norfolciensis presbiteri*
" *dignissimi et hujus collegii olim alumni.*"

CCCXLVI.

Codex membranaceus typis impressus, quo continetur,

Augustinus de civitate Dei.

Folium unum et alterum quæ desiderabantur tam ad initium quam ad finem hujus codicis restitui fecit Mattheus Cantuar.

" *Ex dono Christophori Urswyke quondam invictissimi principis regis*
" *Henrici septimi elemosinarii magni ac hujus collegii decani, quorum*
" *animabus propitietur Deus.*

CCCXLVII. *Codex*

19.] *Vide* CLIV. 30. CCCXVI. 8.
20.] *Vide* CLIV. 28. CCCXVI. 13.
21.] *Vide* XXXIV. 11. CLIV. 27. CCCXVI. 15.
22.] *Vide* CLIV. 44.
23.] *Vide* XVII. 1.
CCCXLV.] *Vet. Cat.* 11—9.

CCCXLVII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continetur,

Almanac Prophacii Judei, cum tabulis motuum ſolis lunæ et planetarum, *inter quas* Ciclus primationum per Robertum Groſteſt epiſcopum Lincoln. tabula dicta Philomela per Petrum de Dacita, *et* tabula quædam Gerlandi.

CCCXLVIII.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continentur,

1. Hiſtoria Matthei Pariſienſis a morte Henrici I. ad annum 1179.
2. Continuatio hiſtoriæ Matthei Pariſienſis ab anno 44to Henrici III. ad obitum ejus.
3. Leges et inſtitutiones Inæ regis.
4. ——— Aluredi regis Weſt-Saxonum.
5. ——— Aluredi regis et Godruni regis Eaſt-Angliæ.
6. ——— Edwardi ſenioris.
7. ——— Adelſtani.
8. ——— Edmundi.
9. ——— Edgari.
10. ——— Ethelredi.
11. ——— Kanuti regis.

CCCXLIX.

Codex chartaceus in fol. minor. ſeculo xvi ſcriptus, in quo continentur,

1. Summa ſtatuti facti 1° Elizabethæ de reformatione ſtatutorum eccleſiarum cathedralium, *D.*
2. The queen's commiſſion to the archbiſhop of Canterbury, the biſhop of London and the reſt of the commiſſioners, for eccleſiaſtical cauſes empowering them to reviſe and reform the ſtatutes of all cathedral churches, date June 4, anno regni 4to, *ibid.*

3. Ge-

CCCXLVII.] *Vet. Cat.* 11—4. *MSS. Angl.* 1598--331.
CCCXLVIII.] *Vet. Cat.* 9—4. *MSS. Angl.* 1595--328.
CCCXLIX.] *Vet. Cat.* 23--1. *MSS. Angl.* 1612--345.

3. General imperfections in the ſtatutes of king Henry, *E.*
4. Reformations of the defects and enormities of the old ſtatutes, *ibid.*
5. Doubt ariſing about the interpretation of a paſſage in the incorporation of the cathedral church of Canterbury by Henry VIII. *H.*
6. Clauſe of the queen's commiſſion for the reformation of cathedral churches granted in the firſt year of her reign, *K.*
7. Delineatio generalis formæ ſtatutorum eccleſiarum cathedralium, *p.* 1.

   Vide numerum eorum qui ſuſtentabuntur in ſingulis eccleſiis Winton. Elienſ. Wigorn. Norwicenſ. Petroburg. Roff. Briſtol. Glocest. Dunelm. Carliol. p. 7.

   Stipendia decani et prebend. eccl. Cantuar. Winton. Elienſ. Wigorn. Petroburg. Norwicenſ. Roff. Briſtol. Glocest. Dunelm. Ceſtr. Carliol. p. 31.

   Stipendia miniſtrorum eccl. Cantuar. Winton. Elienſ. Wigorn. Petroburg. Roff. Glocest. Dunelm. Carliol. p. 71.
8. Stipends of the dean, prebends, &c. of the cathedral of Canterbury, *p.* 97.
9. Appearance of Thomas Goodwin dean of Canterbury before the commiſſioners Aug. 31, 1569, when he delivered to them certain writings belonging to the ſaid church; and injunctions then given him by the commiſſioners, *p.* 101.
10. Carta permutationis de eccleſia cathedrali Cantuar. per Henricum VIII. 37° regni, *p.* 105.
11. Carta fundationis ejuſdem eccleſiæ 32° Hen. VIII. *p.* 117.
12. Carta dotationis ejuſdem eccleſiæ 33° Hen. VIII. *p.* 125.
13. Admiſſiones prebendariorum ejuſdem eccleſiæ ab anno 1546 ad annum 1560, *p.* 193.
14. Order and names of the prebendaries ſince the erection 1546, *p.* 201.
15. Carta dotationis [vel permutationis] eccleſiæ cathedralis de Wigorn. 33° Hen. VIII. *p.* 205.
16. Carta permutationis ejuſdem eccleſiæ 1 Edw. VI. *p.* 287.
17. Carta fundationis ejuſdem eccleſiæ 33° Hen. VIII. *p.* 295.

CCCL. *Codex*

CCCL.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, principio et fine mutilatus, in quo continetur,

Hiſtoria major Thomæ Rudburn.

Incipit in medio capitis ſecundi et deſinit in anno 8° *regis Stephani* 1142.

CCCLI.

Codex impreſſus in folio, cui titulus,

Fratris Laurencii Gulielmi de Saona ordinis minorum ſacræ theologiæ doctoris nova Rhetorica.

Ad finem, " *Compilatum autem fuit hoc opus in alma univerſitate Cantabrigiæ anno Domini* 1478, *die et* 6 *Julii, quo die feſtum ſanctæ Marthæ recolitur, ſub protectione ſereniſſimi regis Anglorum Edwardi quarti.*"

CCCLII.

Codex membranaceus in 4to, *literis Saxonicis ſcriptus, in quo continetur* Arithmetica Boetii.

CCCLIII.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,*

Epiſtolæ *ſeu* dictamina Mag. Petri de Vineis amanuenſis imperatoris Frederici II. lib. v.

" *Liber quondam magiſtri Willelmi de Swepſton quem contulit eccleſiæ de Burton magiſter Willelmus frater ipſius pro anima ejus.*"

CCCLIV.

Codex chartaceus in folio minor. ſeculo xv ſcriptus, principio et fine mutilatus, in quo continetur,

Tre-

CCCL.] *Vet. Cat.* 8--6. *MSS. Angl.* 1586—319.
CCCLI.] *Vet. Cat.* 11--5.
CCCLII.] *Vet. Cat.* 2--14. *MSS. Angl.* 1576--309.
CCCLIII.] *Vec. Cat.* 11--6. *MSS. Angl.* 1599--332.
CCCLIV.] *Vet Cat.* 19--1. *MSS. Angl.* 1609—342.

CCCLIV.

Trevisa's translation of Higden's Polychronicon.

It begins with the 23rd chapter of the first book, and ends with the 22nd chapter of the seventh.

CCCLV.

Codex nitidissimus in 8vo majori, seculo xvi scriptus, in quo continentur,

1. Commentarium Ioannis Colett professoris theologiæ in epistolam D. Pauli ad Romanos.
   Desinit in capite sexto, et ad finem annotavit Cuthbertus Tonstall episcopus Dunelm. "Supersunt multa ab eodem Ioanne Colet scripta in D. Paulum, sed puerorum ejus incuria perierunt.
2. Commentarium ejusdem in principium Genesεως.
   Fine mutilatum.

CCCLVI.

Codex membranaceus in 4to, a diversis scriptoribus et diversis temporibus exaratus, in quo continentur,

* * *seculo xiv* * *

1. Tractatus magistri R. [Ricardi Wethersfeti] cancellarii de Cantebruge qui dicitur numerale.
2. Tractatus magistri Hugonis de Sancto Victore de disciplina.
3. Expositio in celebratione missæ a Remigio Altisiodorensi edita et sanctorum patrum summis et autoritate confirmata.
   Hæc excipit manu-Normanno-Saxonica scriptum,
4. Dictionarium quoddam *seu* explicatio vocum Latinarum difficiliorum, *Latine.*

CCCLVII.

Codex chartaceus in 4to, seculo xvi scriptus, in quo continentur,

1. Diodorus Siculus translated into English [by Skelton* poet-laureat.]

Di-

CCCLV.] *Vet. Cat.* 2--6. *MSS. Angl.* 1575—308.
CCCLVI.] *Vet. Cat.* 3--13. *MSS. Angl.* 1578--311.
2.] *Vide* CXXXVII. 10.
CCCLVII.] *MSS. Angl.* 1385--318.
* ex nota Parkeri.

Desideratur liber sextus, et pars quinti.

2. A homily [of Wickliff's] upon "redde rationem."

CCCLVIII.

Codex membranaceus in 4to, seculo xiv scriptus, in quo continetur,

Tractatus de forma componendi epistolas.

CCCLIX.

Codex membranaceus in 4to, seculo xv scriptus, in quo continentur,

1. Bedæ presbiteri historia gentis Anglorum, lib. v.
2. Fragmentum libri Bedæ de naturis rerum complectens capita xix priora.

CCCLX.

Codex membranaceus in 4to, seculo xv scriptus, in quo continentur,

Sermones dominicales per totum annum ex Januensi, Lugdunensi, Odone, et aliis collecti per Ioannem Felton vicarium Magdalenæ Oxoniæ.

CCCLXI.

Codex membranaceus in 4to, seculo xi scriptus, in quo continentur,

Regulæ pastorales Gregorii papæ urbis Romæ scriptæ ad Iohannem episcopum Ravennæ urbis.

Ad calcem codicis, Fragmentum historiæ legionis Thebeæ.

CCCLXII.

Codex membranaceus in 4to, seculo xiv scriptus, in quo continentur,

1. Statuta nova regni Angliæ, *viz.* ab anno primo ad 47 Edw. III.
2. Statuta Ricardi II. *presertim* statuta de provisoribus.

CCCLXIII. *Codex*

CCCLVIII.] *Vet. Cat.* 11--7. *MSS. Angl.* 1600--333.
CCCLIX.] *Vet. Cat.* 9--5. *MSS. Angl.* 1587—320.
1.] *Vide* XLI. CCLXIV. 9. CCCCXXVII. 7.
CCCLX.] *Vet. Cat.* 2--7. *MSS. Angl.* 1547—307.
CCCLXI.] *Vet. Cat.* 2--13. *MSS. Angl.* 1577--310.
CCCLXI.] *Vide* XII.
CCCLXII.] *Vet. Cat.* 19--14.

CCCLXIII.

Codex membranaceus tenuissimus in 4to, *seculo xiv scriptus, in quo continentur,*

Liber Gildæ sapientis de gestis Britonum.

Huic historiæ præmittitur prefatio de Gilda, quæ incipit "Gildas vir "grandis auctoritatis in historia:" ipsa tamen historia eadem est cum illa quæ Nennio ascribitur et sub ejus nomine prodiit inter xv scriptores, omisso enim eulogio incipit "A principio mundi usque ad diluvium."

Tria diversa opera quæ Gildæ vulgo ascribuntur sunt partes duntaxat hujus historiæ, videlicet,

Breviarium Gildæ "A principio mundi usque ad diluvium."

Gesta Britonum "Britannia insula a quodam Bruto."

De mirabilibus Britanniæ "Primum miraculum est stagnum."

Quibus forsan addendum est quartum, De primis habitoribus.

CCCLXIV.

Codex membranaceus in 4to, *seculo xiii scriptus, in quo continentur,*

1. Ysagoge Iohannicii ad   Galieni, *fol.* 1.
2. Liber afforismorum Ypocratis, *fol.* 14.
3. Liber pronosticorum Ypocratis, *fol.* 28.
4. Liber urinarum secundum Theophilum, *fol.* 37.
5. Tractatus de pulsibus, *fol.* 50.
6. Liber   Galieni, *fol.* 55.

"*Liber Willelmi de Elham, qui intitulatur Ysagoge ad   Galieni.*"

"*De libris sancti Augustini Cant. Dist.* 14. *G.* 4.

CCCLXV.

Codex membranaceus in 4to, *seculo xv scriptus, in quo continentur,*

Varia opera Latina Richardi Hampole heremitæ, *viz.*

1. Com-

CCCLXIII.] *Vet. Cat.* 19--12.
CCCLXIII.] *Vide* CI. 17.
CCCLXIV.] *Vet. Cat.* 19--13.
3.] *Vide* CCCCXXIV. 6.
CCCLXV.] *Vet Cat.* 3--3. *MSS. Angl.* 1580--313.
CCCLXV.] *Vide* CCCLXXXVII.

1. Commentarium in psalterium.
2. In canticum Ysaie, cap. 12.
3. In canticum Ezechie, Ysaie, 38.
4. In canticum I. Reg. 2.
5. In canticum Moisis, Exod. 15.
6. In canticum Abakuk, cap. 3.
7. In canticum Moisis, Deut. 32.
8. In novem lectiones mortuorum.
9. In psalmum vicesimum.
10. De amore Dei contra amatores mundi.

"*Ex dono Willelmi Warren quondam majoris Dovoriæ.*"

CCCLXVI.

Codex membranaceus in 4to, *seculo xiii scriptus, in quo continentur,* Petri Blessensis epistolæ cxv.

CCCLXVII.

Codex partim membranaceus partim chartaceus in 4to, *diversis prorsus manibus et longe ab invicem distantibus temporibus scriptus, in quo continentur,*

1. Epitome chronicæ Cicestrensis, sed extractum e Polychronico, usque ad annum Christi 1429.
2. Breviarium historiæ Angliæ ad annum quartum Henrici IV. viz. 1402.
3. De die, mense, de xii signis, &c. *Saxonice.*
4. Homeliæ quædam Saxonicæ, *imperfectæ.*
5. Logica quædam.
6. Versus quidam.
7. Historia *imperfecta* Kenelmi principis Merciorum.
8. Homelia Saxonica *sive* passionale.

CCCLXVIII. *Codex*

CCCLXVI.] *Vet. Cat.* 3--14. *MSS. Angl.* 1579--312.
CCCLXVI.] *Vide* CCLXVI. 1. CCCCXXV. 2.
CCCLXVII.] *Vet. Cat.* 19--9. *MSS. Angl.* 1610--143.

CCCLXVIII.

Codex membranaceus in 4[to]*, ſeculo x ſcriptus, in quo continetur,*
Sanctus Benedictus de vita monachorum.

CCCLXIX.

Codex membranaceus in 8[vo]*, ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,*

1. Deſcriptio genealogiæ comitum Ceſtriæ a primo comite Hugone Lupo ad ultimum comitem Iohannem de Scotia.
2. Laus Angliæ: — tempora quibus ordines religioſi fundebantur — catalogus regum Saxonum, *in uno folio.*
3. Chronicon regum Angliæ ab adventu Saxonum ad Henricum III. anno 1216, lib. vi.
   Sextus liber continet catalogum epiſcopatuum abbatiarum prioratuum caſtellorum et decanatuum in quolibet Angliæ comitatu, in comitatibus Leonis et Fiſe in Scotia, et in Wallia; et an monachi vel moniales erant, albi vel nigri vel griſei. Opus ut videtur ſeculo xiii compilatum, epiſcopatus enim Carliolenſis novus dicitur.
   * * *in chartis* * *
4. Continuatio ejuſdem chronici ad Edw. III.
5. Verſus de inſurrectione plebis regnante Ricardo II.
   Princip. " *Tax has tenet us alle, probat hoc mors tot validorum*
   " *The kyng the of hade ſmalle fuit in manibus cupidorum.*"
6. Genelogia familiæ de Haſtangs.

Lothian

CCCLXX.

Codex membranaceus in 4[to]*, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,*

1. Hiſtoria Alexandri magni regis Macedonum, ortus vita et obitus.

2. Epiſtola

CCCLXVIII.] *Vet. Cat.* 12--2. *MSS. Angl.* 1602—335.
CCCLXVIII.] *Vide* LVII. CLXXVIII.
CCCLXIX.] *Vet. Cat.* 11--8. *MSS. Angl.* 1597--330.
CCCLXX.] *Vet. Cat.* 9--6. *MSS. Angl.* 1589—322.
1.] *Vide* CCCCXIV. 2.

2. Epiſtola Alexandri regis magni Macedonum, quam ab India magiſtro ſuo Ariſtoteli miſit.
3. Epiſtolæ inter Alexandrum magnum et Dindimum regem.
4. Geſta Alexandri magni imperatoris et regis Macedoniæ.
5. Injunctiones datæ priori et capitulo eccleſiæ Norwicenſis per Willelmum [Bateman] epiſcopum Norwicenſem in viſitatione ſua. *Hic interſeruntur duo folia chartacea ſeculo xvi ſcripta quibus continetur,*
6. De calumnia et injuriis per eundem epiſcopum in monaſterio S. Edmundi illatis, et per merita S. Edmundi finitis, una cum gravaminibus ejuſdem monaſterii, ex hiſtoria aurea.

* * * * * *

7. Itinerarium cujuſdem Anglici terram ſanctam et alia loca ſancta viſitantis, anno 1344.
8. Acta bellicoſa Edwardi III. regis Angliæ et Edwardi principis Walliæ ejus filii in mari et regno Franciæ.

CCCLXXI.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xii ſcriptus, in quo continentur,
Varia opuſcula Edmeri cantoris, *videlicet,*

1. Verſus de ſancto Dunſtano, *p.* 3.
2. Hymnus de ſancto Edwardo rege et martire, *p.* 5.
3. Epiſtola Nicolai ad Eadmerum de matre ſancti Edwardi, *p.* 6. *Annotavit Jocelinus,* "*Hujus epiſtolæ deſcriptionem improbat antiquior chronographus Oſbernus Cantuar. in vita Dunſtani.*"
4. Epiſtola Nicolai ad Eadmerum ſancti Andreæ electum quod archiepiſcopus Ebor. nullum habet jus primatus in Scotos, *p.* 7.
5. Quale ſit quod Glaſtonienſes aſſerunt ſe corpus beati Dunſtani habere, *p.* 10.

* * * * * *

6. Epiſtola

2.] *Vide* LIX. 3.
3.] *Vide* CCXIX. 2. CCCCL. 97.
4.] *Vide* CXXIX. 2.
CCCLXXI.] *Vet. Cat.* 15--1. *MSS. Angl.* 1606--309.
5.] *Vide* CCXCVIII. 2.

6. Epiſtola ad ſummum pontificem contra epiſcopum Dunelmenſem per archiepiſcopum Ebor. *duabus paginis antea vacuis inſcripta a Mattheo Parker, ex libro qui dicitur forma componendi epiſtolas*, *p.* 18.

* * * * * *

7. Vita ſancti Wilfridi Eboracenſis archiepiſcopi et confeſſoris, *p.* 23.
8. Breviloquium vitæ ejuſdem patris, *p.* 78.
9. Vita ſancti Odonis archiepiſcopi et confeſſoris, *p.* 87.
10. Vita ſancti Dunſtani archiepiſcopi et confeſſoris, *p.* 103.
11. De miraculis quæ idem pater mundo exemptus fecit in mundo, *p.* 154.
12. Scriptum de ordinatione beati Gregorii Anglorum apoſtoli, *p.* 176.
13. Conſideratio Eadmeri peccatoris et pauperis Dei de excellentia glorioſiſſimæ virginis matris Dei, *p.* 190.
14. Vita ſancti Oſwaldi Eboracenſis archiepiſcopi et confeſſoris, *p.* 214.
15. De miraculis ejuſdem patris, *p.* 246.
16. Scriptum de beatitudine vitæ perennis, deſumptum ex ſermone habito ab Anſelmo Cantuar. in cenobio Cluniacenſi, *p.* 261.
17. Vita beati Bregowini Cantuarienſis archiepiſcopi et confeſſoris, *p.* 281.
18. Vita Anſelmi Cantuarienſis archiepiſcopi, lib. ii, *p.* 293.
19. Deſcriptio quorundam miraculorum glorioſi patris Anſelmi archiepiſcopi, *p.* 379.
20. De conceptione ſanctæ Mariæ editum ab Eadmero monacho magno peccatore, *p.* 396.
21. Vita beati Petri primi abbatis cenobii glorioſorum apoſtolorum Petri et Pauli quod Cantuariæ ſitum eſt, *p.* 416.
22. Sententia de memoria ſanctorum quos veneraris, *p.* 423.
23. Scriptum Eadmeri peccatoris ad commovendam ſuper ſe miſericordiam beati Petri janitoris regni celeſtis, *p.* 424.

24. De

18.] *Vide* CCCXVIII. 2.
19.] *Vide* CCCCLVII.

24. De reliquiis ſancti Andoeni et quorundam aliorum ſanctorum quæ Cantuariæ in eccleſia Domini ſalvatoris habentur, *p.* 441.
25. Inſipida quædam divinæ diſpenſationis conſideratio edita ab Eadmero magno peccatore de beatiſſimo Gabriele archangelo, *p.* 451.

CCCLXXII.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,*

1. Chronica Martini Poloni papæ penitentiarii de pontificibus et imperatoribus Romanis.
   In hoc codice præmittitur urbis Romæ deſcriptio, et epitome hiſtoriæ ejuſdem uſque ad Chriſtum. Mentio etiam ſit Ioannæ papiſſæ.
   Deſinit in anno 1274.
2. Liber provincialis *ſeu* notitia epiſcopatuum per univerſum orbem chriſtianum.
3. Notitia eccleſiarum in quolibet decanatu in comitatu Suffolc. et decimæ ab eis ſolvendæ.
4. Taxatio et decimæ ſolutæ a qualibet domo religioſa propter ſpiritualia vel temporalia in comitatu Suffolc.
5. Fœda baronum et aliorum tenentium in capite in comitatu Suffolc. tempore Henrici III. quando auxilium ei conceſſum eſt ad maritandam ſororem ſuam imperatori.

CCCLXXIII.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xii ſcriptus, in quo continetur,*

Hiſtoria originis gentis Francorum, Caroli magni, et ſucceſſorum ejus in imperio occidentali uſque ad matrimonium Henrici V. qui duxit Matildam regis Angliæ filiam, ſcripta juſſu ejuſdem imperatoris: *effigiebus imperatorum ornata.*

CCCLXXIV. *Codex*

CCCLXXII.] *Vet. Cat.* 9--7. *MSS. Angl.* 1588--321.
1.] *Vide* LIX. 4. 11. CXCIV. CCCCXXVI. 4, 5.
CCCLXXIII.] *Vet. Cat.* 9--9. *MSS. Angl.* 1591--324.

CCCLXXIV.

Codex chartaceus in 4to, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continentur,

1. Chronica bona *ſeu* epitome chronicorum a Bruto ad Henricum VI.
2. Receipts for a ſore ſide and a morſew.
3. Manipulus chronicarum, diſtinctio 7.
   Poſt deſcriptionem Angliæ et diviſionem ejus in comitatus et epiſcopatus multa ex variis autoribus colliguntur in opprobium gentis.

CCCLXXV.

Codex membranaceus in 8vo, ſeculo xiii ſcriptus, in quo continentur,

Vitæ et paſſiones ſanctæ Catherinæ et ſancti Ælphegi *quarum illa incipit,* " *Ut ſuper omne melos delectat cantus oloris : hæc vero*" *Mens quod amando diu concepit de generoſa.*

Poſterior autorem habuit Oſbernum, de priore dubito.

CCCLXXVI.

Codex chartaceus in 4to, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continetur,

A diſcourſe preſented to queen Elizabeth by Roger Taverner of the means of preventing a ſcarcity of proviſion.

CCCLXXVII.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

Plurima ſtatuta regni Angliæ, *viz.*

1. Magna carta 9 E. 1.
2. Carta de libertatibus foreſtæ.
3. Sententia [excommunicationis] ſuper [violatores] cartar. lata in parliamento apud Weſtmon. A. D. 1254.
4. Confirmatio earundem per Edwardum I.
5. Sententia excom. &c. *ut ſupra.*

6. Sta-

CCCLXXIV.] *Vet. Cat.* 10--2. *MSS. Angl.* 1596—329.
CCCLXXV.] *Vet. Cat.* 9--8. *MSS. Angl.* 1590—323.
CCCLXXVI.] *Vet. Cat.* 23--2. *MSS. Angl.* 1611--344.
CCCLXXVII.] *Vet Cat.* 17--1. *MSS. Angl.* 1608—341.

6. Statutum de tallagio.
7. Provisiones de Mertona.
8. Statutum de Marleburg.
9. Statuta Gloucestriæ.
10. Explanationes Gloucestriæ.
11. Statut. Westmonasterii prim.
12. Statut. Westmonasterii secund.
13. Statut. de emptoribus terrarum.
14. Statut. de mercatoribus.
15. Statut. de libertate clamanda.
16. Statut. de prohibitionibus.
17. Statut. de moneta.
18. Statut. de finibus.
19. Statutum de Gavaleto.
20. Statutum de quo warranto.
21. Statutum novum de quo warranto.
22. Statut. de juratoribus.
23. Statut. de conspiratoribus.
24. Compositio monetæ et mensurarum.
25. Extenta manerii.
26. Statutum de scaccario.
27. Distinctiones scaccarii.
28. Statutum de religiosis.
29. Statutum de acquirenda transgressione.
30. Statutum de magna assisa injungenda.
31. Visus franci plegii.
32. Statutum de ponderibus et mensuris.
33. Capitula quæ placitantur in itinere.
34. Dies communes in banco.
35. Dies in placito dotis.
36. Ordo de placitis coronæ.
37. Statutum Winton.

Cum hac statutorum collectione compinguntur duo fragmenta diversorum codicum, quorum unum ad initium hujus codicis locatum, et regnante Henrico II. ut videtur scriptum, continet Kalendarium: alte-

alterum vero, quod excipit hæc ſtatuta medio ſeculi xv exaratum, continet,

Valorem omnium poſſeſſionum tam ſpiritualium quam temporalium in diœceſi Elienſi.

CCCLXXVIII.

Codex chartaceus in 4to, ſeculo xv ſcriptus, in quo continetur,

Sophiſtria academiæ Cantabrigienſis.

CCCLXXIX.

Codex chartaceus tenuiſſimus, propria manu Roberti Talbot ſcriptus, in quo continentur,

1. Opianus poeta Græcus de venatione piſcium, cum vita autoris.
2. Alphabeticum Anglicum ordine Latino.
3. Epiſtola Elfrici prefixa verſioni Saxonicæ libri Geneſis.
4. Epitaphium D. Nicolai Hanchini ſereniſſimi Anglorum regis oratoris apud invictiſſimum Cæſarem Carolum V.
5. Προκοπια Ναζιανζηνος.
6. Sententia de amicitia.
7. Itinera Britanniæ ex Antonino.
8. Annotationes in eam partem itinerarii quæ ad Britanniam pertinet.

CCCLXXX.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xiii ſcriptus, in quo continetur,

Roberti Krikeladenſis, cognomento Canuti, prioris Oxenefordiæ, ſpeculum fidei, lib. iv.

CCCLXXXI. *Codex*

CCCLXXVIII.] *Vet. Cat.* 15—2. *MSS. Angl.* 1605--338.

CCCLXXIX.] *Vet. Cat.* 12—4. *MSS. Angl.* 1601—334.

3.] *Vide* CI. 4.

7.] *Vide* CI. 15.

8.] *Vide* CI. 16.

CCCLXXX.] *Vet. Cat.* 1—11. *MSS. Angl.* 1573—306.

CCCLXXXI.

Codex chartaceus in 4to, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continetur,

Deſcriptio regni Ieſu Chriſti noſtri imperatoris ſemper invictiſſimi, quæ eadem eſt ſeptuageſimi ſecundi Pſalmi enarratio, in gratiam reverendiſſimi patris ac colendiſſimi domini Thomæ Cantuarienſis eccleſiæ archiepiſcopi totiuſque Angliæ primatis.

Davide Crumeo Edinburgenſi autore.

CCCLXXXII.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continetur,

Ricardus Fitzrauf archiepiſcopus Armachanus de pauperie ſalvatoris lib. vii.

" *De librario S. Auguſtini Cantuar.*

CCCLXXXIII.

Codex membranaceus in 8vo, olim in uno alterove loco mutilatus, cura vero reverendiſſimi Matthei Cantuar. in integrum reſtitutus, in quo continetur,

Collectio legum Anglo-Saxonicarum.

CCCLXXXIV.

Codicellus chartaceus in 4to, in quo continetur,

Epiſtola B. Ioannis, *Arabice et Latine.*

CCCLXXXV.

Codex membranaceus in 4to minori, ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,

1. Tractatus monachi peccatoris undicunque compilatus contra fantaſias cogitationum quas pati ſolet contra fidem propter conſequentia, et tangit aliqua de ſpe et caritate, et quia Anglia turbata erat anno quo hæc ſcripta ſunt, interponit quædam de ſtatu regni.

In

CCCLXXXI.] *Vet. Cat.* 3--5.
CCCLXXXII.] *MSS. Angl.* 1582—315.
CCCLXXXII.] *Vide* CIII. 15. CLXXX. 1.
CCCLXXXIII.] *Vet. Cat.* 19—2. *MSS. Angl.* 1607--340.
CCCLXXXV.] *Vet. Cat.* 14—11. *MSS. Angl.* 1603--336.

In hoc tractatu recitatur epistola Roberti Lincoln contra literas papæ.

2. Tractatus de natura rerum *sive* dialogus inter philosophum et ducem ad ducem Normanniæ.
Desiderantur quædam ad finem.
3. Sermon in old English of the twelve sons of Jacob allegorically discoursed out of Richard de Sancto Victore.
4. Evangelium Nicodemi.
5. Historiæ quædam parvi momenti.

CCCLXXXVI.

Codex chartaceus forma minori, in quo continentur,

1. *Fragmentum libelli impressi, cujus titulus* " Vulgaria Therentii in Anglicanam linguam traducta, Londoniis impressa in Abchirchelane per me Gulielmum Faques Normannum.
2. Collectanea quædam [*MSS. seculo xv exarata*] de metro et versu, cum multis versibus, *de quibus hæc annotavit Parkerus ad frontem codicis,* " *Hic libellus vilis videri potest, sed nullus liber tam humilis* " *quin ejus aliquis usus esse potest, ut in hoc videre licet artem compo-* " *nendorum carminum, qua usi sunt poetæ posterioris temporis in ver-* " *sibus suis resonantibus, fortassè non facile reperias alibi rationem* " *qua usi sunt.*"
" *Hic liber exemplum esse potest ne facile contemnatur scriptum etiamsi* " *facie inculta.*"

CCCLXXXVII.

A parchment book in folio, neatly written in the xv century, containing Richard Hampole's commmentary on the Psalms.

The text is in Latin and the commentary in English, after the Psalms are the following hymns with a like commentary, — Confitebor tibi Domine Isaiah XII. — Ego dixi in dimidio dierum meorum Isaiah XXXVIII. 10. — Exultavit cor meum 1 Sam. II. 1. — Cantemus Do-

---

3.] *Vide* CCCIX. 1.
CCCLXXXVI.] *MSS. Angl.* 1604--337.
CCCLXXXVII.] *Vet. Cat.* 1--1. *MSS. Angl.* 1572--305.
CCCLXXXVII.] *Vide* CCCLXV.

Domino Exod. XV. — Domine audivi auditionem Hab. III. — Audite cœli Deut. XXXII. — Te Deum laudamus. — Benedictus Dominus Luke I. 68. — Benedicite omnia opera. — Nunc dimittis Luke II. 29. — Symbolum Athanasii. — Magnificat anima mea Luke II. 46. — Litania sive supplicatio sanctorum *Anglice.*

" *Iste liber constat dompno Iohanni Colman abbati monasterii de Lesves.*"

CCCLXXXVIII.

A parchment book in 4to, *written in the xv century, containing*

A large collection of medicines and receipts in physic and surgery in old English, French and Latin.

CCCLXXXIX.

Codex membranaceus in 8vo, *literis Saxonicis scriptus, in quo continentur,*

1. Vita sancti Pauli primi heremitæ per Hieronimum.
2. Vita sancti Guthlaci per Felicem Croylandensem.

CCCXC.

Codex membranaceus in 8vo, *seculo xiii scriptus, in quo continetur,*

[Giraldus Cambrensis] de vita et persecutionibus Galfridi Eboracensis archiepiscopi.

CCCXCI.

Codex crassus in 8vo, *circa annum Domini* 1064 *exaratus, ut fas est conjicere ex tabulis nonnullis et ex scriptura codicis, cui titulus*

PORTIFORIUM OSWALDI.

et qui quondam pertinuit ad ecclesiam Wigorniensem, sicuti fidem facit hæc inscriptio super imam partem paginæ primæ literis recentioribus, " *Liber*

" *sanctæ*

CCCLXXXVIII.] *Vet. Cat.* R. 8. *MSS. Angl.* 1438—161.
CCCLXXXIX.] *Vet. Cat.* G. 2. *MSS. Angl.* 1345—68.
1.] *Vide* XXXVI. 1.
2.] *Vide* CCCVII. 1.
CCCXC.] *Vet. Cat.* G. 1. *MSS. Angl.* 1342--65.
CCCXCI.] *Vet. Cat.* K. 10. *MSS. Angl.* 1392--115.

" *ſanctæ Mariæ Wigornienſis eccleſiæ per ſanctum Oſwaldum* ——" *verba quædam abraſa, quorum loco hæc ſcripſit Joannes Jocelinus* " *Eſt ementita* " *inſcriptio, nam poſt Oſwaldi mortem librum fuiſſe ſcriptum hinc patet, quod* " *in eo ſunt preces dicendæ in feſto tranſlationis Oſwaldi.*" *Verum aliæ quoque abraſiones cernuntur in hoc codice, puta in litania, quæ nunc maxima ex parte a recentiori manu reſtituitur, veteri abraſa.*

Immo in calendario ad 12 *kal. Novembr. nomen S. Dunſtani reſtituitur manu recentiori in loco quo antea ſcriptum erat.*

In codice autem laudato continentur,

1. Kalendarium, *quod excipit*
2. Pſalterium, *(cui præfixa eſt delineatio Davidis) poſt quod ſequuntur* plurimi hymni et orationes tam Saxonice quam Latine.
   Ad finem codicis,
3. Prognoſtica quædam Saxonica.

CCCXCII.

Codex chartaceus in 8vo, *ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,*

1. Contra ſuperbiam et omnes ejus partes.
2. Contra avaritiam et intemperantiam.
3. Tractatus contra Judeorum thalamoth.
4. Liber B. Auguſtini qui manuale vocatur vel ſpeculum.
5. Summa quædam theologiæ in gratiam juniorum compilata.
6. Plurimæ homiliæ et collectanea ſine titulis vel nominibus autorum.

CCCXCIII.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xiii ſcriptus, cui titulus* Hiſtoria Elienſis, *in eo autem continentur,*

1. Vita et miracula beatæ Etheldrithæ.
2. Vita et geſta ejuſdem per Gregorium Elienſem monachum verſifice compoſita.

3. De-

CCCXCII.] *Vet Cat.* K. 9. *MSS. Angl.* 1391--114.

CCCXCIII.] *Vet. Cat.* I. 13. *MSS. Angl.* 1380—103.

3. Descriptio situs Eliensis insulæ et de quibusdam ejusdem insulæ proprietatibus *(ut opinor ejusdem autoris.)*
4. Vita B. Withburgæ sororis B. Ætheldrithæ.
In protocollo,
" *hæc sunt Helye lanterna capella Mariæ*
" *asque molendinum multum dans vinea vinum*
" *continet insontes quos vallant undique pontes*
" *hos ditant montes nec desunt flumina fontes.*

CCCXCIV.

Codex membranaceus in 4to, *seculo xiv scriptus, in quo continetur,*
Textus apocalypsis cum expositione, *Gallice.*
Figuræ quibus ornatur hic codex minus sunt elegantes quam in altero exemplari Cod. xx. *textus est Gallicus et deest versio rithmica, expositio vero fere eadem.*

CCCXCV.

Codex chartaceus in 8vo, *seculo xvi scriptus, in quo continentur,*
1. Liber de consideratione quintæ essentiæ [per Ioannem de Rupescissa,] *p.* 1.
2. Tractatus de virtutibus lunariæ, *cum figuris illius plantæ haud ineleganter illuminatis, p.* 98.
3. Tabula planetarum cum explanatione.
4. Epistola Roberti de Welbe de fama, 1506.
5. Tertia distinctio *seu* pars libri Raymundi de quinta essentia, *p.* 121.
6. Expositio epistolæ Hermetis, et operatio lapidis per Averroem, *p.* 243.
7. Questiones perutiles de lapide philosophorum, *p.* 251.
8. Tractatus qui dicitur, Secretum meum michi, *p.* 258.
9. Visio, *p.* 262.

10. Dia-

CCCXCIV.] *Vet. Cat.* L. 2. *MSS. Angl.* 1398--121.
CCCXCIV.] *Vide* XX.
CCCXCV.] *Vet. Cat.* Sub. D. 9. *MSS. Angl.* 1634—367.
1.] *Vide* XCIX. 24.
5.] *Vide* CXII. 7. CCCXCVI. 6.

10. Dialogus inter Hilardum necromanticum et quendam ſpiritum, *p.* 265.
Quatuor ultimis tractatibus ſubſcribitur nomen R. G. de Welbe, ſed utrum ipſe fuerit eorum autor vel ſaltem poſſeſſor codicis dubito.

CCCXCVI.

Codex chartaceus in 8vo, ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,

1. Repertorium Raymundi, *p.* 1.
